

166 De iis, quæ curæ, & officio Episcopi demand.

- suis subditis exequias celebrare, & quotidie pro felici novi Pont. electione fideliter orare.
- 30 Episcopi debent generaliter oves sibi commissas bonorum operum exemplo pascere, & pro eis frequenter orare, & sacrificia Deo offerre.
 - 31 Visitare totam diocesim sapius personaliter debent Episcopi.
 - 32 Synodum quotannis convocare debent Episcopi.
 - 33 Residere debent Episcopi.
 - 34 Potestas, auctoritas, & jurisdictio Episcopalis ad quot capita reducantur.
 - 35 Basilicas consecrare, & consecratas reconciliare si violata fuerint, ad Episcopum solum spectat.
 - 36 Chrisma conficere, & Baptizatorum fontes Chrismate signare ad Episcopum solum spectat.
 - 37 Ordines Clericis conferre, Episcopos consecrare, & hujusmodi clericos solemniter degradare ad Episcopum solum spectat.
 - 38 Episcopus quæ non possit alteri demandare, ostenditur.
 - 39 Abbates subditis suis Regularibus Ordines minores conferre possunt.
 - 40 Cardinales S.R.E. etiam non Episcopi, ex privilegio Ordines minores conferre possunt.
 - 41 Virgines benedicere & consecrare est solius Episcopi.
 - 42 Pœnitentes publicè in Missa reconciliare Sacerdos simplex sine licentia Episcopi non potest.
 - 43 Calices, patenas, corporalia & vestimenta Sacerdotalia ex privilegio, vel consuetudine benedicere potest non Episcopus.
 - 44 Ecclesiarum pollutarum, si fuerint consecrata reconciliationem non delegat Episcopus sine indulto Apost.
 - 45 Subjectas habere omnes & singulas personas sue diœcesis pertinet ad jurisdictionem Episcopi.
 - 46 Ecclesias omnes & parochias, monasteria, & hospitalia, ac omnia loca pia sub sua potestate, & regimine habere debet Episcopus.
 - 47 Bona Ecclesiastica, ac beneficia, & jura omnia Ecclesiarum quoad quadam sub suo regimine continere debet Episcopus.
 - 48 Dimissorias pro ordinibus ab alio Episcopo recipiendis concedere pertinet ad Episcopum.
 - 49 Constitutiones speciales in Ecclesia & diœcesi sua facere pertinet ad Episcopum.
 - 50 Consuetudines bonas circa personas, & loca, ac res Ecclesiasticas introducere pertinet ad Episcopum.
 - 51 Episcopis licet circa celebrationem divinorum & administrationem sacramentorum multa quæ annexa Ordini communia sunt Presbyteris.
 - 52 Beneficia Ecclesiastica personis idoneis, & habilibus legitime conferre spectat ad Episcopum.
 - 53 Causas omnes ad forum Ecclesiasticum de Iure spectantes cognoscere, & omnino saltem in prima instantia, & in sua diœcesi terminare est Episcopi.
 - 54 Visitatio omnium Ecclesiarum, & quorumcunque locorum Ecclesiasticorum & personarum spectat ad Episcopum.
 - 55 Clericos, & omnes Ecclesiasticas personas sibi subjectas corrigere, & carcerare, ab officio, & beneficio suspendere, degradare, & beneficiis privare potest Episcopus.
 - 56 Capituli negligentiam supplere quando potest Episcopus.
 - 57 Adulteria & scelera inquirendi, ulciscendi, & iudicandi absque impedimento alicujus habet Episcopus potestatem super omnes personas non exemptas sue diœcesis.
 - 58 Ecclesias adificandas designare spectat ad Episcopum.
 - 59 Uniones Ecclesiarum, & beneficiorum certis de causis facere spectat ad Episcopum.
 - 60 Monasteria Regularium reformare, & quandoque gubernare potest Episcopus.
 - 61 Res Ecclesiasticas dispensare, ac moderari spectat ad Episcopum.
 - 62 Dispensare in irregularitate ad Ordines suscipiendos quando possit Episcopus?
 - 63 In irregularitate ex delicto manifesto quod non sit gravius adulterio, post peractam pœnitentiam dispensat Episcopus.
 - 64 In irregularitate ex quocumque delicto graviore, quantumvis manifesto, dispensat Episcopus si aliqua iusta excusatione muniatur.
 - 65 Dispensare possunt Episcopi in irregularitate ex quacumque etiam causa, absque delicto tamen proprio veniente, vel ubi subest necessitas dispensandi, ut n. 66. vel propter Ecclesia utilitatem, & meritum prerogativam, ut n. 67.
 - 68 Episcopi non minus dispensare possunt ad ministrandum in Ordinibus iam susceptis, quam ad eosdem suscipiendos.
 - 69 Dispensare possunt Episcopi cum illegitimis in beneficiis simplicibus, non autem in curatis, nec in dignitatibus.
 - 70 Dispensare potest Episcopus cum eo, qui recipit beneficium de manu laici, ut valeat illud retinere, & cum eo, qui propter beneficium, quod obtinet, tenetur infra annum ordinari, si abesse velit causa studii, ut n. 71. & ut beneficiatus non resideat ad tempus cum legitima causa, ut n. 72.
 - 73 Dispensare in Matrimonio contrahendo quibus casibus possint Episcopi, ostenditur.
 - 74 Episcopi in multis casibus Sedi Apost. reservatis dispensare possunt, ubi necessitas magna coegerit, & periculum scandali.
 - 75 Dispensare non possunt Episcopi contra Canones, & Concilia, nisi in tribus casibus relatis.
 - 76 Dispensare, neque an debeant Episcopi in multis casibus arbitrio eorum relinquatur.
 - 77 Dispensat Ecclesia facilius ad retinendum, quam de novo acquirendum.
 - 78 Absolvunt Episcopi ab omni voto, exceptis quatuor à quibus solus Papa absolvit, & circa juramentum in casibus, qui non sint maximi momenti, aut valde dubii, ut n. 79.
 - 80 Absolvere à censuris in quibus possunt casibus Episcopi? & n. 81.
 - 82 Casuum reservationem de graviorebus possunt delictis Episcopi sibi facere.
 - 83 Pœnitentias publicas injungere, & solemniter pœnitentes absolvere possunt Episcopi.
 - 84 Pertinentia ad jurisdictionem Ordinariam Episcoporum multa sunt, quæ sine eorum permissione, & consensu fieri præcipue à clericis legitime nequeunt.
 - 85 Episcopi in quibus casibus tanquam Sedis Apostol. delegati procedere possunt? ostenditur multis numeris seqq.
 - 102 Negligentiam exemptorum suppleunt Episcopi in multis casibus tanquam Sedis Apostol. delegati.
 - 103 Jurisdictio Episcopi in quibus restringatur? ostenditur.
 - 104 Episcopi jurisdictionem in privilegiatos & exemptos exercere, & manus in iis, quæ superiori reservantur, apponere prohibentur.
 - 105 Episcopi Ecclesiam alteri subjectam ab ejus subjectione sine causa liberare non possunt.
 - 106 Episcopi à multis gravaminibus Religiosorum cessare jubentur, quæ in Canonibus exprimuntur, & n. 107. 108. 109. 110. 111. 112.



UM totum jus Ecclesiasticum, & singule ejus partes ad officium & potestatem Episcopi pertinere dignoscantur, breviter igitur hæc omnia, ut poterimus, colligemus, annotantes scilicet ea summam, quæ Episcoporum

coporum curæ, & officio demandantur, eadem verò plenius suis in locis infra pertractabimus.

3 Observandum IN PRIMIS est officium, ac munus Episcoporum in duobus præcipue consistere, videlicet primò in cultu divino, & Christiana Religione augenda, & conservanda: secundò, in pascendis, ac regendis ovibus sibi commissis, & eas in æternæ salutis viam perducendis.

3 Cura Episcoporum circa divinum cultum, & Religionem ad quatuor capita redigi potest, primò ad ea quæ fidem, & venerationem Dei concernunt: secundò ad divinorum Officiorum celebrationem: tertio ad Sacramentorum administrationem: quartò ad ea quæ ad harum rerum ministros, & res, ac loca Ecclesiastica pertinent.

4 Officium Episcopi circa fidem, & venerationem Dei est, primò curare, ut omnes suæ diocesis animæ fidem Christianam suscipiant, si sit in terris infidelium, alioquin curare ut omnes Fidei rudimenta sciant, & ea ritè doceantur, ac eis explicentur, & ad hoc exequendum Curatos animarum specialiter compellere, c. ante Baptismum, de consecrat. dist. 3. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 4. latius infra alleg. 76. n. 37. Fidei quoque disputationes inanes, ac periculosas tollere, & prohibere, dubitationemque de Fide exortam ad Papam deferre, c. palam, c. quoties, 24. q. 1. c. cum quibus, in fine, ubi gloss. 24. q. 3. c. quicumque, §. 1. de heret. lib. 6. l. nemo, C. de summa Trinit. cum similibus.

5 Secundò, ut verbum Dei populo prædicetur, de quo latius alleg. 76. & lectio sacræ Scripturæ, ac Theologiæ habeatur, de quo etiam alleg. 56.

6 Tertio ne verba, & scientiæ sacræ Scripturæ ad superstitiones, incantationes, ac divinationes, vel sortes, & in alia profana, & scurrilia adhibeantur, & convertantur, talisque verbi Dei violatores coercere, Concil. Trident. sess. 4. de editione, & usu sacrorum librorum, in fine, Fulch. de visit. lib. 2. c. 21. n. 34. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 2. quas. 4.

7 Quartò, divinos omnes, & sortilegos, & magicam artem exercentes, aut docentes, & superstitionibus, aliisque similibus operam dantes, ex diocesis suis penitus eradicare, cap. contra, & capite Episcopi, 25. q. 5. Ita & hæreticos, & hæreses omnes similiter extirpare, secundum ea quæ diximus alleg. 40. n. 35. cum seqq. Circa Iudæos quoque, & paganos curam adhibere in iis servandis, quæ & Christianis erga illos, & illis erga Christianos jubent, vel prohibent sacri Canones in c. Iudæi, 25. q. 1. cum similibus.

8 Quintò noya miracula, Reliquias, & Imagines approbare, cap. fin. de reliquiis & venerat. sanct. cap. placuit, de consecrat. dist. 1. Conc. Trid. sess. 25. de invocat. & venerat. Sanct. de quo latius allegat. 97. & abusus ac superstitiones, quæ circa hæc, & circa Indulgentias, & celebrationem Missarum plerumque versantur, tollere. Concil. Trident. sess. 22. de observandis, & evitand. in celebr. Missar.

9 Sextò, ut voventes vota sua reddant, & cum impotentibus dispensare, aut commutare, in quantum facultas Episcopalis extenditur: ita & in juramento curare ne falsa, aut inania juramenta fiant, jurata autem licitè ferventur, absolvendo tamen eos, qui possunt absolvi, pejerantes verò canonicè coercendo, ut suis locis videbimus, & præcipue alleg. 36.

10 Septimò, ut festa in Dei, & Sanctorum venerationem ritè ac debite celebrentur, ut in illis diebus fideles Divinis intersint, atque in servilibus operibus, & aliis illicitis abstineant, de quibus aliqua infra alleg. 105. n. 36. cum seqq.

11 CIRCA SECUNDVM de celebratione Missarum & divinorum Officiorum, curare debent Episcopi, primò ut Missæ purè, ac piè celebrentur, modo, loco ac tempore debito; atque in his superstitiones, &

abusus tollere. Concil. Trident. sess. 22. de observand. & evit. in celebrat. Miss. de quo aliqua alleg. 24. & ne cui vago & ignoto Sacerdoti eas celebrare permittant, Conc. Trident. loco proxime citato, & nos alleg. 21. à princ.

12 Secundò, ut reliqua divina Officia, & horæ Canonice debite, ac devotè suis horis, & secundum Canonum dispositionem celebrentur, ac recitentur, abusus similiter omnes circa hujusmodi profligando, Clem. 1. de celebrat. Missar.

13 Tertio mandatur Episcopis curare, ut populis diversarum linguarum, & rituum, qui nonnunquam in eadem simul diocesi morantur, Missæ, & Officia, ac Sacramenta secundum eorum linguas, & approbatos ritus celebrentur, ac ministrantur, instruendo eos pariter verbo & exemplo, c. quoniam in plerisque, de offic. Ordin. ubi Abb. not. 3. ponens exemplum in civitate Constantinopolitana, & in multis locis Calabriae, & in civitate Tridentina, in qua adsunt Theutonici & Itali, & in civitate Metensi, in qua sunt Galli, & Theutonici, refert Sbroz. de officio Vicarii, lib. 1. q. 31. n. 16. & 17.

14 CIRCA TERTIUM, de administratione Sacramentorum, officium Episcoporum primò est ministrare, specialiter verò Confirmationem, de qua allegat. 30. & Ordinem, prout dicimus alleg. 3. cum seqq. atque attendere ut Sacramenta reliqua à ministris idoneis cum debita forma, ac ritu, & materia, tempore etiam legitimo, ac personis dignis, & habilibus ministrantur, item cum omni reverentia, ac debito honore fiat; & specialiter, ut sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum honorificè, ac decenter conserveatur, cap. sanè, de celebrat. Missar. & latè alleg. 22.

15 Secundò, ne pro ministrandis Sacramentis aliquid indebitè exequatur, cap. placuit, il. 2. 1. quas. 1. & specialiter ut in matrimonio decreta Concil. Trident. sess. 24. de reformat. matrimon. ferventur, de quibus latè alleg. 32.

16 Tertio, ut ab eis virtus omnium Sacramentorum, & à Parochis suis populis exponatur, ut admonet Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 7. & ut sæpius explicetur & publicetur decretum ejusdem Conc. Trident. sess. 24. de reform. c. 7.

17 CIRCA QUARTVM de Ecclesiasticis personis ac rebus, seu locis, attendere debent Episcopi primò ad ea, quæ de ordinandis clericis, & beneficiis confertendis, quæve de Regularium personarum institutione infra suis locis exponemus, in hisque servandis curam ac diligentiam impendere.

18 Secundò, clericos ac Regulares delinquentes corrigere juxta sacrorum Canonum dispositionem in c. irrefragabili, de officio Ordin. & Clem. 1. eod. titul. cum similibus. Regularis enim extra monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu tutus non est, quominus si deliquerit, ab Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apost. delegato secundum Canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi, ut valeat novè disponit Concil. Trident. sess. 6. de reform. c. 6. & infra latè alleg. 105. n. 14. cum seqq. & curare ut ea fervent circa honestatem servandam in vestibus, quæ infra diximus alleg. 9.

19 Tertio, sine formatis, aut testimonialibus litteris clericos peregrinos suscipere non debent, ut dicimus alleg. 21.

20 Quarto, officio Episcoporum est injunctum, ut si quando contingat Regulares personas fieri testamentorum executores, rationes de hujusmodi executionibus ab eis exigant. Clem. unica, de test. latè infra alleg. 72. n. 34. cum seqq. Negligentiam quoque Abbatum suppleant, & confessores Monialibus assignent, prout alleg. 25. circa fin. monasteria omnia visitent, alleg. 74. & plura alia, quæ magis ad potestatem pertinere

168 De iis, quæ curæ, & officio Episc demand.

videntur; de quibus omnibus sigillatim dictis locis, & aliis tractabimus.

22 Quintò, quantum ad loca Ecclesiastica, curæ Episcoporum injungitur Ecclesiasticas immunitates tueri, *cap. decet, de immunit. Eccles. lib. 6.* Et Ecclesiarum reverentiam circa ea, quæ in eis fieri prohibentur, conservare, & augere, & quid circa Ecclesias construendas, & reparandas, conservandas, & reconciliandas, de quibus latè *alleg. 26. cum seqq.* & quid circa gubernationem Hospitalium, & locorum piorum curare debeat Episcopus, ut *alleg. 75.* diximus; & quid denique eorum curæ circa res omnes Ecclesiasticas conservandas, tractandas, & non alienandas committatur, ostendemus *alleg. 95.*

23 NUNC VERÒ de cura in pascendis ovibus abhibenda videamus, circa quod officium Episcoporum primò est prædicare verbum Dei, & subditos suos docere, eisque monita salutis tradere, *c. audire, 25. dist. c. inter cetera, de officio Ordin. Concil. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. etiam de reform. c. 4.* de quo latè *alleg. 76.*

24 Secundò, animarum curæ providere bonos, & idoneos Rectores, sive Curatos instituendo, qui curam suam non negligant, *c. nullus omnino, 16. q. 7.* juxta ea quæ *alleg. 72. n. 72. cum seqq.* dicemus. Sed & ipsimet Episcopi in multis casibus, si necesse sit, curam animarum ut Parochi exercere tenentur, juxta *cap. illud 95. dist. cum ipsi veri sint animarum Pastores, eisque oves præcipuè fuerint demandatæ; inferiores verò potius coadjutores sunt, quam Pastores, qui sæpius mercenariorum mote oves dimittunt, vide Alphons. Alvarez Guerrero in suo thesauro, c. 9. Caiet. verb. beneficium, vers. momento quoque.* Unde providere debent Episcopi, ut cunctis Sacramenta diligenter, promptè, ac liberaliter ministrantur, & præcipuè morientibus, & si qui sint in diocesi impenitentes, aut excommunicati, vel ultimo supplicio deputari, curare debent ne sine reconciliatione, aut absolutione, & viatico pereant, *c. de his 26. q. 6. Clem. 1. de pœnit. & remiss.*

25 Tertio si qui excommunicationis vinculo detinentur, officium est Episcoporum eorum nomina subditis suis, & vicinis etiam Episcopis si oporteat, publicare, & ea præ foribus Ecclesiæ affigere, ut quisque communionem eorum valeat evitare, *c. cura, 11. q. 3. Clem. unic. de consanguin. & affin.*

26 Quarto, vitia subditorum tenentur arguere, & errantes corrigere, & omnino curare obsecrando, increpando, arguendo, ut ad salutis viam revertantur, Concil. Trid. *sess. 13. c. 1.* præcipuè verò pacem inter eos semper conciliare, & pacem, vel treugam rumpentes punire, *cap. 1. de treuga & pace.* Dissidentes enim fratres ad pacem magis, quàm ad judicium debet excitare, *c. studentes, §. præcipimus, & per tot. 90. dist. c. fin. de transact.* de quo latè *alleg. 79.*

27 Quintò, victum pauperibus largiri, & viduarum, orphanorum, ac miserabilium personarum curam paternam gerere, Concil. Trid. *sess. 23. de reform. c. 1.* circa quod specialiter curæ eorum demandat Aurelianum Conc. ut dum conspexerint ludices, ac potentes hujusmodi miserabilium personarum oppressores existere, eos Sacerdotali admonitione redarguant; & si emendare errorem neglexerint, Principis implorent auxilium. Sed & Imp. in *l. iudices, C. de Episcop. audient.* monet Episcopos, ut etiam carceratorum curant gerant, providentes scilicet, ut humaniter tractentur quoad locum carceris, & quoad victum non habentibus ministrandum, & his similia. Infantium quoque expositorum curam agere, & curare ne servi fiant colligentium, *l. nemini licere, C. eod. tit. de quibus alleg. 51. n. 143. cum seqq.*

28 Sextò, providere ne subditi sui vanis, & superfluis

sumptibus intendentes substantias suas consumant, & ne quis ultra quam gradus personæ, & facultates patiantur, expendant. *Clem. 2. de magistris.* Illud quoque præceptum Episcopis invenitur in *cap. ubi periculum, §. fin. de elect. lib. 6.* † ut statim audita morte Romani Pontif. ipsi cum suis subditis ejus exequias celebrent, & quotidie pro felici novi Pont. electione fideliter orent.

Septimò, generaliter debent Episcopi oves sibi commissas bonorum operum exemplo pascere, & pro eis frequenter orare, & Sacrificia Deo offerre, easque continuis monitis, & adhortationibus in viam salutis dirigere, Concil. Trid. *sess. 2. de reform. c. 1.* Canones autè omnes, & Conciliorum decreta, novæque Constitutiones à Pontificibus in dies emanantes servare debent, ut idem Trident. Conc. admonet *sess. 24. de reform. c. fin.*

Octavò, ut omnia cognoscere valeant, quæ in tota diocesi dirigenda sunt, ac moderanda præcipiunt Canones in *cap. legitur, & in cap. relato, & in cap. decernimus, cum sequent. 20. q. 1.* & Conc. Trident. *sess. 24. de reform. c. 3.* ut Episcopi omnes totam suam diocesim debeant sæpius personaliter visitare, exemplo Apostolorum *Actor. c. 15.* de qua materia specialiter *alleg. 73. & seq.*

Nonò, ut valeant cuncta, quæ ad eorum officium spectant, facilius implere, & ea quæ correctione, emendatione, ac reparatione indigent, ordinare ac moderari, abusus quoque tollere, & bonas consuetudines, & Canonum observationes introducere, mandatur Episcopis in *c. annis singulis, & in c. quoniam 18. dist.* ut semel saltem quotannis Synodum, seu Concilium totius Cleri debeant convocare, in qua de hujusmodi rebus, quas enumeravimus, agatur, & nos infra late de eo agemus *alleg. 93.* Et quia hæc omnia per seiplos exequi, & expedire non possunt *cap. illud 95. dist. præcipitur eis in c. inter cetera, de officio Ord. & c. sicut olim, de accus.* ut per personas idoneas plura exequantur, & Vicarios ac coadjutores in tanto munere obeundo secum habeant, de quibus latè *alleg. 54.*

Decimò illud quoque super omnia præcipitur Episcopis, sine quo quicquam omnino fieri nequit, ut apud Ecclesias suas residere quandiu poterint debeant, & præcipuè certis anni temporibus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere Pastoris præsentia oves debent, sicut infra videbimus *alleg. 53.* & hoc insuper onere prægravantur ac perpetuo vinculo constringuntur, quod usque ad mortem nullo unquam tempore, nec tædio curarum, nec afflictionum affectu, nec metu persecutionum perterriti derelinquere gregem suum debent, & pondus Episcopale deponere, ut accepti talenti pulchritudo non deleatur, sed certamen eorum salubriter augeatur, & triplicetur fructus, ut inquit Nicol. Papa in *cap. Pontifices, in fine 7. q. 1.* sed perseverare usque in finem tenentur, nec pro laboribus, & infestationibus assignatas sibi, & à Deo commissas Ecclesias deserere debent, ut quieti & otio vacent, prout præclare docet, ac monet cunctos Episcopos Liberius Papa in *c. suggestum 7. q. 1.* exceptis tamen legitimis causis, de quibus habetur in *c. nisi cum pridem, & ibi Doct. de renuntiat.*

De officio, ac onere Episcoporum hætenus, plura namque ad eorum officium spectantia supersunt: sed quia potius ad potestatem, & jurisdictionem referri videntur, ea sequentibus numeris exponemus.

Episcopali igitur muneri non modò onera, & officia plurima sunt injuncta, verùm potestas etiam, & auctoritas maxima, dignitas quoque ac præminentia à Canonibus est concessa, ut facilius ea quæ ad suum munus pertinent, valeant adimplere, & eis honor debitus, atque obedientia à subditis exhibeatur: omnis autem potestas, & auctoritas, & jurisdictio Episcopalis ad

ad tria capita redigi solent: quædam enim Episcopo competunt ratione Ordinis, seu consecrationis Episcopalis, quæ scilicet solus Episcopus exercere potest, non autem Episcopo omnia sunt interdicta; quædam verò competunt ei, ratione jurisdictionis, alia ratione dignitatis.

35 Ea quæ ad Episcopum solum ratione Ordinis spectant, sunt hæc, videlicet *primò* Basilicas consecrare, & Altaria in Ecclesia consecrata erigere, & consecrare, & hæc eadem consecrata reconciliare, si violata fuerint, vel polluta, de quo latè *alleg. 27.*

36 *Secundò*, Chrisma conficere, & baptizatorum fontes Christrate signare, ut infra latè ostendemus *all. 31.*

37 *Tertiò*, Ordines clericis conferre, *alleg. 3.* & Episcopos consecrare, *p. 1. tit. 1. c. 5.* & hujusmodi clericos solemniter degradare, *alleg. 110.*

74 Hæc omnia solus consecratus Episcopus facere potest, nec alius, quamvis ei plena administratio Episcopatus concederetur, nec ea aut quodlibet eorum potest Episcopus alteri, qui non sit consecratus Episcopus demandare, nisi id ex indulto Apost. habeat, quod nec in gravioribus consecrationibus datur, *cap. Pontifices, 7. q. 1. c. interdiximus 16. q. 1. c. 1. 26. 19 6. c. accedentibus, de excess. Pralat. c. is cui, de elect. lib. 6.* Nec valet consuetudo in contrarium, ut scilicet non Episcopus hoc soleat exercere, *c. quanto, de consuet. c. aqua, de consecrat. Eccles. de quibus agimus allegationibus 3. 31. & 110.*

39 Alia verò sunt, quæ etsi propriè, & præcipuè ad Ordinem Episcopalem spectare videantur, alteri tamen non Episcopo ex privilegio, vel consuetudine, aut delegatione competere possunt; sunt autem hæc, videlicet,

40 *Primò*, minores Ordines, & primam tonsuram conferre possunt Abbates suis subditis Regularibus, & S. R. E. Cardinales etiam non Episcopi ex privilegio, ut dicemus *d. alleg. 3. n. 5. cum seq.* aliis verò, quibus hoc jus non competit, nec delegare potest Episcopus.

41 *Secundò*, virgines benedicere, & consecrare est solius Episcopi, *c. perlectis, §. ad Episcopum, 25. distinct.* Sed id Presbyteris etiam delegare potest secundum aliquos, contra quos tamen verior est sententia juxta ea quæ resolvimus *alleg. 27. à n. 52.*

42 *Tertiò*, publicè poenitentes in Missa reconciliare, *c. quamvis 68. dist.* quod Sacerdos simplex non sine licentia Episcopi facere potest, *cap. 1. & ibi glos. cap. Aurelius, 17. q. 6.*

43 *Quartò*, Calices, & Patenàs, & Corporalia, pallas Altaris, & vestimenta Sacerdotalia, & alia utensilia Ecclesiæ consecrare, seu benedicere, quod etiam non Episcopus facere potest, qui id scilicet ex privilegio, vel consuetudine habeat: nam alteri nec Episcopus delegat, de quo latè *alleg. 27. num. 35. cum sequentibus*, exceptis campanis, quas solus Episcopus benedicere solet, *eadem alleg. 27. à n. 46.* quamvis simplicem earum benedictionem valeat delegare.

44 *Quintò*, Ecclesias pollutas reconciliare, quæ si fuerint consecratæ, non delegat earum reconciliationem sine indulto Apost. si verò non erant consecratæ, ipse delegat, ut colligitur ex dicta *alleg. 28. n. 55. cum sequentibus.*

Nunc circa jurisdictionem Episcoporum sciendum est eos habere *primò* jurisdictionem Ordinariã in tota sua diocesi, deinde etiam multis casibus delegatam, videbimus autem priùs de Ordinaria, quæ quidem consistit aut in subjectione personarum, & locorum, aut in dispensatione, & absolutione subditorum. Videamus de prima, quæ comprehendit beneficiorum, & aliarum gratiarum concessionem, & correctionem, ac poenarum impositionem quoad personas; item dispositionem, & gubernationem, seu administrationem quoad loca & res Ecclesiasticas.

Barbos. de Episcop. Pars I I.

Pertinet ergo ad jurisdictionem Ordinariam Episcopi *primò*, subjectas habere omnes, & singulas personas suæ diocesis, cujuscumque sint gradus, & qualitatis, in foro animæ, & in foro etiam exteriori quoad causas & delicta Ecclesiastica, & poenas ac censuras Ecclesiasticas tantum in laicis, in Ecclesiasticis verò in personis etiam quoad civiles causas, & omnia crimina, & poenarum genera omnia, secundum tamen ea, quæ in suis locis infra exponemus.

Secundò omnes Ecclesias, & Parochias, monasteria, & hospitalia, ac omnia loca pia, & religiosa sub sua potestate, ac regimine habere, nisi aliud ex privilegio exemptionis contingat, *c. regenda 10. q. 1.*

Tertiò res, & bona Ecclesiastica, ac beneficia, & jura omnium Ecclesiarum quoad quædam sub suo regimine continere, *cap. nullus omnino, 16. q. 7. & p. 3.* ostendemus.

Quartò circa personam ad jurisdictionem Episcopi pertinet formatas litteras dare, id est, dimissorias pro Ordinibus ab alio Episcopo recipiendis, de quibus latè *alleg. 7.* aut pro jura exemptione à jurisdictione Episcopi sui *alleg. 49.*

Quintò Constitutiones speciales in Ecclesia & diocesi sua facere, *c. 2. de constit. in 6. c. Catholica, 11. dist. c. 2. ubi, gloss. & Doct. de majorit. & obed. Bertachin. in tr. de Episcopo, lib. 4. p. 2. Rot. apud Farin. decis. 757. p. 2. recent. & dicemus all. 93. art. 23. cum seqq.* Et an validè in illis sine causa dispensare possit, *all. 34.*

Sextò bonas consuetudines introducere circa personas, & loca, & res Ecclesiasticas, & omnia sibi subjecta & propter hæc & alia necessaria Synodum convocare, de quo *d. alleg. 93.*

Septimò (adhuc generaliter circa omnia) quæcumque Presbyteris licet quoad celebrationem divinorum, & administrationem Sacramentorum, & aliorum, quæ tanquam Ordini annexa communia sunt Presbyteris, & Episcopis exequi; ut est catechizare, baptizare, prædicare, Eucharistiam conficere, solvere, & ligare, & omnia Sacramenta ministrare, præter Confirmationem, & Ordinem, quæ solis Episcopis competunt, ut *alleg. 3. & 30.* ostendemus.

Octavò beneficia Ecclesiastica personis idoneis, & habilibus legitimè conferre, ut *alleg. 57.* dicemus, & personas in Ecclesiis, & beneficiis instituere, & destituere, *c. cum ex injuncto, in fine, ubi gloss. de haret. c. 3. de instit. & aliqua dicemus alleg. 68.* Et non idoneos præsentatos à patronis rejicere, secundum ea quæ adducemus *alleg. 72.*

Nonò omnes causas ad forum Ecclesiasticum de jure spectantes cognoscere, & omninò, saltem in prima instantia, & in sua diocesi terminare, & executioni mandare, de quo latè *alleg. 81.*

Decimò visitationem omnium Ecclesiarum, & quorumcumque locorum Ecclesiasticorum, & personarum, ac rerum facere, & in visitando omnia necessaria, & opportuna ordinare, atque disponere, salvo jure exemptionum, prout latè explicabimus *alleg. 73. & 74.*

Undecimò clericos, & omnes Ecclesiasticas personas sibi subjectas corrigere & carcerare, *c. in memoriam 19. dist. c. in singulis, cum seq. de statu monachor. juxta ea quæ habentur alleg. 107. à n. 16.* ab officio & beneficio suspendere, degradare, ut *alleg. 10.* & beneficiis privare, & alias poenas, & censuras imponere ex causis, modis, & formis, quas per decursum Operis videbimus.

Duodecimò Capituli negligentiam quandoque supplere, *Conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2. & sess. 24. de reformat. c. 16. ita & Abbatum & Metropolitanorum vices quoque in nonnullis, ut sess. 23. de reformat. c. 1. & controversias de præcedentiis inter Ecclesiasticas personas componere, Conc. Trid. sess. 25. de Regular. c. 13. & nos latè *alleg. 78. à n. 26.**

- 57 *Decimotertio* super omnes personas suæ diocesis non exemptas liberam habent potestatem adulteria, & scelera inquirendi, ulciscendi, & iudicandi absque impedimento alicujus, & si opus fuerit, publicum auxilium invocandi, *c. 1. & c. conquerente, & c. dilectus, de de officio Ordinari c. eos qui, 32. dist. c. fraternitatis, 34. dist. cum similibus, Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 8.* Habent enim canonicam obedientiam, subjectionem, ac reverentiam, quæ eis à cunctis debetur, *de cap. conquerente.*
- 58 *Decimoquarto* Ecclesias ædificandas designare, ut infra *alleg. 16.* & de litigiosis Ecclesiis cognoscere, & litigare, *c. si plures, 16. quæst. 7. †* & uniones Ecclesiarum, & beneficiorum certis de causis facere, prout latè dicemus *alleg. 66.* & novas parochias instituire.
- 59 *Decimoquinto* Monasteria Regularium reformare, & quandoque gubernare, *d. cap. in singulis, cum seq. de statu monach. & ea ad libitum gratiâ visitationis, & exhortationis intrare, c. visitandi 18. quæst. 2.* & eorum utilitates disponere, *c. cognovimus, ead. causa & quæst. de quo aliqua dicemus alleg. 74.* Ita & hospitale, & pia loca regere, ut *alleg. 75.* & ab eorum administratoribus & visitatoribus, atque œconomis rationes exigere, de quo *alleg. 75. à n. 57.*
- 60 *Decimosexto* res Ecclesiasticas dispensare, ac moderari, sive earum omnium curam, & providentiam habere, & curare, ut legata ad pias causas exequantur, & per se etiam quandoque ultimas exequi voluntates, vel ad id hæredes etiam per censuras cogere, *cap. cum quidam, c. si hæredes, de testam. l. nulli, C. de Episcop. & Cler. & latè infra alleg. 82. num. 13. cum seqq.*
- 61 Nunc circa secundam partem jurisdictionis Ordinariæ Episcoporum, quæ in dispensatione, & absolutione consistit, sciendum est quod circa auctoritatem dispensandi variæ videntur esse Canonum dispositiones, & propterea etiam variæ apparent Doctorum sententiæ. Quare hac in re breviter compendiare conabimur, quibus in casibus Episcopi possint dispensare, vel minimè.
- Cadit autem Episcoporum dispensatio *primò* in irregularitate, ut scilicet quis possit Ordines suscipere, vel in susceptis ministrare. *Secundò* in inhabilitate ad beneficia, & officia consequenda. *Tertiò* in facultate contrahendi Matrimonia contra impedimenta canonica.
- In aliis materiis non videtur propriè dispensatio Episcoporum cadere, nam in voto, & juramento est potius absolutio, vel commutatio; in aliis erit concessio, vel licentia, aut remissio, & hujusmodi.
- 62 In primis igitur in irregularitate ad Ordines suscipiendos dispensare possunt Episcopi de jurisdictione Ordinaria cum iis, qui ordinari prohibentur de jure, ex his causis, videlicet *primò* ex quocumque delicto occulto, in quo dispensare possunt post peractam pœnitentiam, *cap. de his verè, 50. dist. excepto tamen homicidio voluntario, quantumvis occulto, ex sententia antiquorum Canonum, in cap. 1. de homicid. & in c. fin. de temp. ordinat. & Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 6. de quibus latè agemus alleg. 39.*
- Secundò* ex delicto etiam manifesto, quod non sit gravius adulterio, similiter post peractam pœnitentiam dispensat, *cap. ut si clerici, ubi gloss. & Doctores de judic.*
- 63 *Tertiò* ex quocumque etiam delicto graviore quantumvis manifesto, quod tamen ex aliqua justa excusatione minuatur, nam dispensant Episcopi cum hæretico, vel apostata à Fide, ut promoveri possint, vel in ordinibus ministrare, si timore, vel periculo compulsi à Fide defecerunt, & postea sponte reluctati sunt, nisi se periculo præsumptuosè exposuerint, *c. Presbyteros qui 50. distinet. Item cum homicida*

qui non per se, sed per alium in duello adversarium occidit, ut notatur in *c. Henricus, de Cler. pugnans. in duello.* Item cum homicida qui cum magno iræ furore nolens occidit aliquem, *c. studeat 50. dist. & c. interfecisti, de homicid.* Item cum Simoniaco, si cum parvulus esset, cupiditate parentum Ecclesiam pecunia sit adeptus, vel si etiam adultus emptam dimiserit & canonicè rexit, aut si ignoranter, vel coactus id fecerit, & sic de similibus, qui quidem casus potius in retinendo beneficio intelliguntur. Hodie verò tutius est in illis ad Papam remittere.

Quartò ex quacumque etiam causa, absque delicto tamen proprio veniente in iis, qui Religionem approbatam professi per aliquod tempus ibidem religiosè fuerint conversati, cum quibus etiam pro culpa suscepti Ordinis furtivè, aut plurium Ordinum eadem die susceptorum contra edictum suum cum excommunicationis pœna promulgatum, dispensant Episcopi, *c. 1. de eo qui ordines furtivè suscepit.*

Quintò ex quacumque etiam causa irregularitas proveniat, ubi subest necessitas dispensandi, veluti ad vitanda scandala, & in similibus casibus, in quibus periculum esset in mora, *c. ut constitueretur, 50. dist.*

Sextò propter Ecclesiæ utilitatem & meritum prærogativam dispensant Episcopi in irregularitate, quæ non provenit ex delicto proprio, aut quæ non provenit ex delicto quod sit gravius adulterio, ut supra est declaratum: unde dispensat cum illegitimo, sed ad minores ordines tantum, *cap. tali conjugio 1. quæst. 7. c. 1. de filiis Presbyt. in 6 & infra latè dicemus alleg. 45.* & cum corpore vitiat, sive defectum in corpore patientibus, sine eorum culpa, nisi magna esset deformitas, vel defectus, per *tot. titulo de corpore vitiat. & dicemus infra alleg. 42.* in tempore autem ordinationis non possunt Episcopi dispensare, præterquam quod ante annum expectatum sacri Ordines recipiantur, & quod plures minores Ordines eadem die recipi possint, ut infra dicemus *alleg. 17. numero 5.*

Et hæc de dispensatione Episcoporum in irregularitate pro Ordinibus suscipiendis, ad ministrandum verò in Ordinibus jam susceptis non minus dispensare possunt, quàm ad eosdem suscipiendos dispensant nam in quibus casibus dispensatio ad suscipiendos Ordines eis conceditur, in iis etiam ad ministrandum in susceptis possunt dispensare, imò facilius dispensatio conceditur ad ministrandum, quàm ad promovendum ad Ordines, argumento *c. si quis Presbyter 50. dist. & c. primi, in fine, de ordin. ab Episcopo qui renunciavit Episcopatu.* Unde dispensare possunt Episcopi etiam cum sacrilego quandoque, ut in ordine suscepto ministret, *d. c. si quis Presbyter.* Item cum eo qui ignoranter ab Episcopo deposito, vel suspensio sacris Ordinibus fuerit initiatus, prout infra dicemus *alleg. 84.* In aliis casibus hîc non expressis solus Papa dispensat, ut latè *alleg. 50.* videbimus.

CIRCA habilitatem autem ad beneficia & dignitates ac officia Ecclesiastica consequenda dispensare possunt Episcopi, *primò* cum illegitimo in beneficiis simplicibus tantum, *c. penult. de elect. & cap. 1. ubi DD. de filiis Prsbyt. lib. 6.* non autem in curatis nec in dignitatibus Ecclesiasticis, ut *alleg. 45.* dictum est.

Secundò cum eo, qui recipit beneficium de manu laici, ut valeat illud retinere, secundum Innocent. in *c. quisquis, de elect. arg. c. nuper, de sent. excomm.*

Tertiò ut quis possit plura simplicia, vel unum curatum, & aliud simplex beneficium retinere, juxta quæ *alleg. 62.* dicemus.

Quartò cum eo qui propter beneficium quod obtinet, tenetur infra annum ordinari, si abesse velit causâ studii, *c. cum eo, de elect. lib. 6.*

Quintò

Quintò, in ætate quoad dignitates non curatas, & beneficia simplicia, *cap. unic. de at. & qual. lib. 6.* quod hodie non est recipiendum, cù n Concilio Trident. ætas sit definita, ut *alleg. 60. n. 66. & 79.* demonstrabitur.

72 Sextò, ut Beneficiatus non resideat ad tempus cum legitima causa, *cap. licet Canon, in fine de elect. lib. 6.*

71 IN MATRIMONIO verò contrahendo regulariter non dispensant Episcopi, nisi in tribus casibus. Primus est, ut contrahi possit contra interdictum Ecclesiæ generale, id est Feriarum, ex causa, vel speciale à se factum, aut à suo inferiori, ut infra probavimus *alleg. 42. n. 194.* Secundus contra impedimentum criminis, quod impedit tantummodò contrahendum, non autem contra illud quod etiam contractum dirimeret, *cap. si contra, in fin. 36. quest. 2.* Cajet. *verb. Matrimonium, & secundum verò cap. in fine.* Tertius, ne contrahi possit non præmissis denunciationibus in Ecclesia, prout plenè dicitur *d. alleg. 32. n. 26. cum seqq.*

In iis omnibus consistit omnis Episcoporum potestas ordinaria dispensandi, circa quam nihilominus dispensationem quædam sunt notanda.

74 Primò, quod licet in prædictis tantum casibus Episcopis dispensandi facultas concedatur de ordinaria potestate, in multis tamen aliis Sedis Apostolicæ reservatis poterant dispensare, ubi necessitas magna coegerit, & periculum scandali, si differatur, *cap. ut constitueretur 50. dist. & c. quædam, vers. quod sumpsit, 25. q. 3. & cap. ipsa pietas 23. q. 4.* nisi contra jus divinum, aut præceptas gravesque Ecclesiæ sanctiones esset dispensandum, *cap. sunt quidam, & ibi gloss. notabilis 25. q. 1.*

75 Secundò, quod ubi in simili casu necessitatis dispensant Episcopi, intelligitur talis dispensatio cum tacito Sedis Apostolicæ consensu facta, ut *in cap. fin. de eo, qui ordines furtivè suscepit, & salva ejusdem Sedis autoritate, ut in c. 1. q. 5.*

Tertiò, quod contra Canones & Concilia non possunt dispensare Episcopi, nisi in tribus casibus, quorum primus est, ubi Canon exprimit posse dispensari, licet hanc potestatem expressè ipsi Episcopo non concedat. *arg. cap. nuper, de sentent. excomm. & Gloss. in cap. postulasti, de elect. & dicemus infra allegat. 33. num. 16. cum seqq.* Secundus, ubi expressè Episcopo dispensationem permittit, *in cap. si autem, in fine 36. q. 2. & in cap. unic. de at. & qual. lib. 6. & in multis locis Concilii Trident. ubi de irregularitate agitur: aliud est ratione magnæ necessitatis, vel utilitatis, ut dicemus *d. alleg. 33. n. 26.* Tertius est ratione consuetudinis legitime præscriptæ in talibus dispensandi, *cap. quicumque 11. quest. 1. cap. fin. de consuetud. consuetudo enim facit valere dispensationem quæ alias non valeret, arg. cap. fin. de transact. & cap. perniciosus, de celebrat. Missar.* Casus autem in quibus consuetudine dispensare possunt Episcopi, sunt qui in iis consistere videntur, quæ sunt merè juris positivi, secundum Cajetan. *in verb. Matrimonium, & secundum verò, c. in fine.**

76 Quartò, quod in multis casibus arbitrio Episcoporum dimittitur an debeant dispensare, necne, ut patet *in c. fin. q. 5. & in c. Presbyteros qui, 50. dist. & in c. cum de tua, & in c. significavit, & fere per tot. de corp. vitiat.* in dubio autem facultatis dispensandi debent ad Papam remittere.

77 Quintò, in dispensando distinguere debeat de rebus, seu casibus dispensandis: nam ad beneficium retinendum facilius despensat Ecclesia, quàm ad exercendum officium Clericale, *cap. fin. cum gloss. de Cleric. pugn. in duello,* sicut facilius ad beneficium acquirendum, quàm ad Ordines suscipiendos, *Gloss.*

notabilis *in c. fin. 1. q. 5.* Item facilius ad retinendum jam quæsitum beneficium, quàm ad noviter acquirendum, & facilius ad simplex, quàm ad curatum, & facilius ad unum, quàm ad plura. Ita facilius ad minores Ordines, quàm ad sacros dispensari solet, & facilius ad Subdiaconatum & Diaconatum, quàm ad Presbyteratum; & facilius ad ministrandum in jam susceptis, quàm jam ad alios suscipiendos, ut patet *in c. studeat, 50. dist. & in c. 1. & in c. fin. 1. q. 5. & denique facilius contra jus positivum, & hominum, quàm divinum, & facilius contra jura recentiora, quàm contra antiquiores Ecclesiæ sanctiones dispensatur. In quibus autem casibus Episcopi dispensare non possunt, sed tantum Summus Pontifex, ad saturitatem dicemus *alleg. 50.**

Jurisdictio verò Episcoporum circa absolutionem consistit in voto & juramento in excommunicatione quoque, & cæteris censuris, & in casibus Pœnitentiæ.

78 CIRCA VOTVM absolunt Episcopi ab omni voto, exceptis quatuor, à quibus solus Papa absolvit, seu commutat, videlicet Castitatis, Religionis, Visitationis Hierosolymitanæ, & sancti Iacobi, & SS. Apostolorum Romanæ urbis, de quibus latè agemus *alleg. 37.* Sed in voto Castitatis dicemus Episcopum absolvere posse, si votum non sit perpetuum, sed tantum ad tempus. Si verò sit perpetuum, non absolvit, nisi in duobus casibus, secundum magis communem Doctorum opinionem. Primus est, si quis vovit castitatem propter aliquem metum, qui tamen talis non fuit, ut votum irritum reddat, secundum *gloss. in c. veniens, qui Clerici, vel vovent. Secundus,* quando verisimiliter timetur de incontinentia, & periculum est in mora, secundum Doctores *in d. c. veniens.*

79 CIRCA JURAMENTVM Episcopus absolvere potest in casibus, qui non sint maximi momenti, aut valde dubii, quos Papæ dimittere debet, *c. venerabilem, de jurejur. & procedit absolutio juramenti, sicut & voti; quantum ad causas, & potestatem pertinet absolventi, ut dicemus *alleg. 36.**

80 AB EXCOMMUNICATIONE autem, & aliis censuris absolvere possunt Episcopi in casibus sibi tantum, vel nemini reservatis, ut *alleg. 50. prope finem,* dicitur, Sed & in cæteris casibus Papæ reservatis absolvere possunt quandoque, ut *alleg. 41.* demonstrabitur.

81 A culpa verò peccati primò possunt Episcopi in quibuscumque casibus occultis, etiam sedi Apostol. reservatis delinquentes quoscumque sibi subditos absolvere in sua diocesi per seiplos, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientie, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine occulto pro eodem conscientie foro; sed per seiplos tantum, non per vicarium efficere possunt, sicut statutum est in Concil. Trident. *sess. 24. de reform. c. 6. & infra ad saturitatem explicabimus *alleg. 30. & 40.**

82 Deinde possunt Episcopi sibi facere casuum reservationes de gravioribus delictis, in quibus ipsi tantum, vel eorum Vicarii in diocesis suis absolvere possint pœnitentes. Concil. Trid. *sess. 14. c. 7. de quibus latè dicemus *alleg. 51.**

83 Vterius publicas pœnitentias injungere, & solemniter pœnitentes absolvere, *cap. 1. & cap. Aurelius, 26. q. 1. c. accedentibus, de excess. Pralat.* Indulgentias concedere de jurisdictione ordinaria possunt, juxta ea quæ dicemus *alleg. 88.*

84 Denique quod ad jurisdictionem ordinariam Episcoporum pertinet, multa sunt, quæ sine eorum permissione, atque consensu fieri, præcipuè à clericis, legitime nequeunt, *cap. cunctis fidelibus, 16. quest. 1.*

172 De iis, qui curæ, & officio Episc. demand.

Hæc autem omnia in iis consistere dignoscuntur, quæ soli Episcopo (ut præmissimus) ratione Ordinis, aut dignitatis, aut jurisdictionis competunt, sicut est à peccatis, aut censuris eidem reservatis absolvere, solemniter poenitentes reconciliare, Ordines ab alio Episcopo suscipere, Pontificalia in ejus diocesi exercere, Ecclesiam propriam deserere, beneficio renuntiare, à loco residentia discedere, & alia hujusmodi, quæ his locis explicantur. In his autem omnibus non sufficit licentiam Episcopi petere, nisi obtineatur, *c. fin. de testam in 6. glos. verb. Presbyteri, in Clem. 1. de privileg.* Verùm si Episcopus quandoque in re licita consensum præstare noluerit, Romani Pont. auctoritas poterit implorari, *c. nullus, de jurepatr. Gloss. dict. verbo Presbyteri.* Et hæc omnia intelliguntur, salvo jure privilegiorum, & exemptionum ac consuetudinum, ut suis locis videbimus. Hactenus de jurisdictione Ordinaria Episcoporum.

CIRCA DELEGATAM Jurisdictionem, sciendum est, illam Episcopum in multis casibus habere, in quibus scilicet procedere possit tanquam Sedis Apost. delegatus, ubi se ordinaria jurisdictione non extendit, ut in exemptos, vel si aliàs eorum esset arctata potestas, & hæc delegata jurisdictione à jure concessa est tam veteri, in *c. irrefragabili, de officio Ordin. & in c. ad abolendam, in fine, de hæretic.* cum cæteris aliis infra adducendis, quàm etiam novo, præcipuè autem à Concilio Tridentino; sunt autem hi casus, videlicet,

- 85 *Primò*, in supplenda negligentia Abbatum exemptorum, prout in *c. quanto, de officio Ordin. & in Clem. unica, de suppl. negl. Pralat.* & specialiter, ut in eorum monasteriis lectio sacrae scripturae habeatur, ex Conc. Trid. decreto *sess. 5. de reform. c. 1.*
- 86 *Secundò*, in procedendo contra Prædicatorem exemptum, qui hæreses prædicaverit. Concil. Trid. *eadem sess. 5. de reform. c. 2.*
- 87 *Tertiò*, in providendo de Vicariis cum assignatione congruæ portiois fructuum in Ecclesiis, quæ residentiam requirunt, ubi beneficiatus est legitime dispensatus non residere, Concil. Trid. *sess. 6. de reform. cap. 2.*
- 88 *Quartò*, in visitandis, & corrigendis Capitulis, & Canonicis Ecclesiarum exemptis toties quoties opus fuerit, Concil. Trid. *ead. sess. c. 4.*
- 89 *Quintò*, in cognoscendo de gratiæ subreptione, & obreptione, quæ super absolutione publici criminis, aut remissione pœnæ falsi fuerit precibus à superiore impetrata, Concil. Trid. *sess. 13. de reform. c. 5.* Et idem in dispensationibus obtentis, Conc. Tridentin. *sess. 22. c. 5. & 6.* & idem in constitutionibus, vel consuetudinibus à Sede Apost. approbatis de faciendis compositionibus pro collatione, vel missione in possessionem de Canonatu, vel simili, Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. c. 14.*
- 90 *Sextò*, in corrigendis clericis exemptis à sua jurisdictione etiam extra visitationem. Conc. Trid. *sess. 14. cap. 4.*
- 91 *Septimò*, in dividendis distributionibus quotidianis ex tertiæ partis fructuum deductione instituentibus, ubi non sunt, vel tenues habentur. Concil. Trid. *sess. 21. & 22. c. 3. de reform.*
- 92 *Octavò*, in deputandis Coadjutoribus, aut Vicariis cum parte fructuum illiteratis, & imperitis Rectoribus parochialium, si aliàs honestæ sint vitæ, quod & ante fuit constitutum de Coadjutore Episcoporum eadem auctoritate deputando, in *cap. unico, de clerico agr. in 6. de quo alleg. 118.*
- 93 *Nonò*, in visitandis monasteriis, & beneficiis commendatis etiam exemptis, in quibus non viget Regularis observantia, sed & ubi in similibus vigeret Regularis observantia, si eorum superiores admoniti intra sex menses non visitaverint, aut corre-

xerint, Concil. Trid. *sess. 21. de reformat. c. 8. in princ. & in fine.*

Decimò, in visitandis beneficiis exemptis nullius diocesis, si sit proximior Episcopus, aut à Concilio Provinciali ad hoc deputatus. Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. c. 9.*

Undecimò, in prohibendis, & ordinandis quæ in Missarum celebratione, vel evitanda, vel servanda sunt, Conc. Trid. *sess. 22. in decreto de observandis & vitand. in Miss.*

Duodecimò, in examinandis Notariis Iudicum Ecclesiasticorum, & si idonei non sint, ab officio cohibendis, Conc. Trident. *sess. 22. de reformat. cap. 10.*

Decimotertiò, in his omnibus ordinandis, & moderandis, quæ ad visitationem, & morum correctionem subditorum suorum spectant. Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 10.*

Decimoquartò, in restituenda & servanda clausura Monialium in Monasteriis etiam exemptis, *c. unica, in fine, de statu Regular. lib. 6.* Concil. Trid. *sess. 25. de Regular. c. 5.* & in regendis monasteriis Monialium Sedi Apost. immediatè subjectis, *Clem. attendentes, de statu Monach. Concil. Trident. sess. 15. de Regular. cap. 99.*

Decimoquintò, in cognoscendo de patronatibus de quibuscumque beneficiis, & dignitatibus minus legitime constitutis, & acquisitis, Conc. Trid. *sess. 15. de reform. c. 9.*

Decimosexto, in Clericis concubinariis quibuscumque à beneficiis administratione suspendendis. Conc. Trid. *sess. 13. de reform. c. 14.*

Delegati verò an Ordinarii Iudices sint censendi Episcopi in aliis casibus, in quibus etiam tanquam Sedis Apost. delegati procedunt, ostendam *alleg. 92.*

Et generaliter negligentiam exemptorum supplet Episcopi in multis tanquam Sedis Apost. delegati, *Clem. quia contingit, de relig. domib. Clem. 1. jurepatr.* Negligentiam verò delegati Papæ supplet auctoritate Ordinaria, non delegata, ut est casus notabilis in *c. significavit, de offic. Ordin.* aliàs regulariter ei cedit Episcopus in causa delegata, *c. sanè, de officio deleg.* immò ejus sententiam quamvis injustam exequi tenetur, si sibi exequutio illa committatur, *c. pastoralis, §. quod verò, illo tit. de officio deleg.* non tamen tenetur ejus jussa exequi, nisi litteras suæ delegationis ostenderit, *cap. cum in jure, de officio deleg.* Notandum est autem, quod si quandoque Papa mandet Episcopo, ut subditos suos corrigat, tanquam eum excitans ad correctionem debitam exercendam, non intelligitur per hoc eum facere Sedis Apostol. delegatum in hac parte, *cap. licet in corrigendis c. grave gerimus, de officio Ordin.* nec ei jurisdictionem concedere in exemptos, nisi hoc exprimat, *Clem. fin. de privileg.*

Quamvis enim Episcopi maximam habeant auctoritatem & jurisdictionem, ut vidimus, limitatur tamen in pluribus, & in hoc specialiter, quod exemptos corrigere, aut judicare de jurisdictione ordinaria non possunt, nec debent, *c. pen. de officio Ordin. cap. sanè, de excess. Pralat.* Privilegia enim subditorum servare tenentur, *cap. dilecti, de privileg.* aliàs potest eis impunè obedientia à privilegiatis, vel exemptis denegari, *cap. sanè, & c. cum quorundam, eod. tit. de privileg.* Nam Episcoporum auctoritas (& respectu Romani Pont. & aliorum Prælatorum, qui super illos sunt) dicitur semiplena, & in partem tantum sollicitudinis vocari dicuntur, non in plenitudinem potestatis, ut dicitur *c. decreto, & in c. qui se scit, 2. quest. 6. cap. ad honorem, de auctor. & usn pallii, cum similibus.* Vnde utuntur baculo pastorali desuper recurvo, per quod eorum potestas limitata ostenditur, & depressa, *cap. unic, in fine, & ibi Gloss. & Doct. de Sacra Vnct.*

Quare multa sunt quæ facere prohibentur Episcopi, sunt autem illa omnia, quæ Papæ reservata sunt, de quibus alleg. 50. videbimus. Item & ea quæ ad Patriarcharum atque Archiepiscoporum tantum spectant officium, de quibus vidimus sup. p. 1. tit. 3. & 4.

Nunc Verò quædam alia specialiter & expressè eis denegata breviter referemus, quæ videlicet si facta fuerint non sunt valida; alia verò sunt multa, quæ facere non debent, sed si fierent certè valerent, ea tamen colligere supervacaneum visum est.

104 Episcopi igitur primò jurisdictionem in privilegiatos & exemptos exercere, & manus in his, quæ superiori reservantur, apponere prohibentur, ut supra diximus.

105 Secundò, Ecclesiam alteri subjectam ab ejus subjectione sine causa liberare non possunt, c. 2. de excess. Pralat. gloss. verb. obventiones, in cap. ad audientiam, de Eccles. edific. verb. gloss. pleno jure in capite 1. 12. quæst. 2.

106 Tertiò à multis gravaminibus Religiosorum cessare jubentur, quæ in Canonibus exprimuntur, c. nimis 1. & 2. de excess. Pralat.

107 Quartò, subditis suis interdicare non possunt, ne suis superioribus statum suarum Ecclesiarum denuntient, c. quia plerumque, de Officio Ordin. in 6.

108 Quintò, quemquam excommunicare non possunt pro injuria propria, nisi talis injuria magis Ecclesiæ, quàm seiplos lædere videretur, c. inter querelas, & c. Guilisarius, 23. quæst. 4. vel nisi pro tuendis juribus propriis contra potestatem temporalem, ubi alias temporalis defensio non sufficit, vide c. dilecto de sent. excom. lib. 6.

109 Sextò, exactiones, & taleas, & alia similia Clericis, aut Monachis imponere prohibentur, ne videantur in Ecclesia Dei exactores potius, quàm Pontifices, inquit Patres in Toletano Concil. relato in c. quia cognovimus 10. q. 3. & vide cap. nulli Episcoporum, cum seq. 16. q. 1. & c. de excess. Pralat. & c. cum Apostolus §. prohibemus, de censib.

110 Septimò, Episcopalia in aliena dicecesi exercere non possunt sine proprii Episcopi licentia, nec similiter alienos Clericos ordinare, cap. Episcopus il. 1. 7. quæst. 1. Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. fin. & sess. 13. etiam de reform. c. 2. de quo diximus alleg. 6. & 8.

111 Octavò, non possunt sibi successorem eligere, c. 2. cum seq. 8. q. 1. de quo diximus supra p. 1. tit. 1. c. 3. num. 39.

112 Denique pleraque eis prohibentur absque Sedis Apost. licentia, ut est Episcopatu renunciare, cap. nisi cum pridem, de renunc. & c. 2. de translat. Episcopi, & infra dicemus alleg. 113. Religionem intrare, ut probabimus alleg. 53. num. 23. Longam peregrinationem arripere, intelligendo cum Suar. de Relig. tract. 1. de voto, lib. 3. cap. 4. à n. 4. Barthol. à Fausto in thesauro Relig. lib. 1. q. 3. 37. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. c. 25. n. 39. cum sequentibus, & me ipso in collect. ad c. magna 7. de verb. n. 11.

113 Electus autem Episcopus non potest ante confirmationem administrationi Ecclesiæ se immiscere, cap. nostri, c. transmissum, in fine, & c. nihil, in fine, de elect. c. avartitia, eod. tit. in 6. de qua confirmatione diximus p. 1. tit. 1. c. 4. nec ante consecrationem Episcopalia exercere, de qua eod. tit. 1. c. 5. quia nec ante Episcopus nominatur, unde si nomen non habet, nec habere officium potest, ut inquit Damasus Pont. in c. Corepiscopi, in fine 68. distinct.

ALLEGATIO PRIMA.

Episcopatus an sit dignitas & Ordo, & quæ in illius assequutione requirantur; & quot privilegia habeant Episcopi?

SUMMARIUM

- 1 Clericatus ordo nobilitat, & est major quacumque alia dignitate, & honore seculari.
- 2 Sacerdotibus propter dignitatem sacerdotalem semper, & ubique summa reverentia debetur.
- 3 Sacerdotes personis illustribus comparantur.
- 4 Episcopatus culmen est omnium dignitatum, & num. 12.
- 5 Episcopi Angelis præcellunt quatenus Ecclesiam regere scientia divinitus communicata datū est.
- 6 Episcopi per suas dioceses liberam habent potestatem, & tribunal ordinarium.
- 7 Matrimonialium causarum cognitio pertinet ad solos Episcopos.
- 8 Absolvere ab omni censura legis non reservata pertinet ad Episcopos.
- 9 Dispensare possunt Episcopi quoties dispensandæ facultas conceditur.
- 10 Episcopi appellantur nonnunquam Prasules, interdum Antistes.
- 11 Episcopatus dignitas est, & n. 12.
- 13 Papa quare Episcopum se appellet.
- 14 Cap. qui Episcopatum 8. q. 1. declaratur.
- 15 Episcopus dicitur à verbo Græco ἐπίσκοπος, & significat eum qui speculatur, & inspicit.
- 16 Dignitatis appellatione in juribus, vel hominis dispositione Episcopalis continetur, quando materia est favorabilis.
- 17 Dispensatio ad omnes, seu quascumque dignitates, non extenditur ad Episcopalem, propter ejus excellentiam.
Episcopalis dignitas non venit sub amplissimis verbis quorumcumque beneficiorum in edictis. ibid.
- 18 Episcopatus est ordo à Sacerdotio distinctus.
- 19 Episcopatus est de per se, & se junctum Sacramentum. Cardinalatus an sit verus Ordo? ibid.
- 20 Episcopalis dignitas jure patriæ potestatis solvit.
- 21 Nobilitas filii non prodest patri.
- 22 Pater filium habens Episcopum, ob ejus dignitatem gaudet nobilitatis prærogativa.
- 23 Episcopalis dignitas, ejusque jurisdictio considerata in generali, & in communi, est instituta de jure divino.
- 24 Episcopatus dignitate qui præfulgere cupit, debet alicujus Academia, & gymnasii publici suffragio, & auctoritate Magister, aut Doctor, vel Licentus in sacra Theologia, aut jure Canonico creari.
Illiteratus in Episcopum promotus ab Episcopatu est removendus.
- 25 Examinantur ad Episcopatus munus evehendū coram Sanctissimo in Curia, aut ab ejus Nuntiis in partibus, juxta novam Constitut. Clement. VIII.
- 26 Ætas 30. annorum requiritur in promovendo ad Episcopatum.
- 27 Francia in Regno idoneus ad Episcopatum judicatur, qui in 27. constitutus anno reperitur.
- 28 Ætas 30. annorum ad Episcopatum requisita debet esse completa.
- 29 Infans si consecratur Episcopus recipit characterē Episcopi

- Episcopus ante 30. annum consecratus non fit irregularis. ibid.*
- 30 Canonista Theologo preferendus est in assequutione Episcopatus, si doctus & prudens sit, & ubi hereses non pullulant.
 - 31 Theologi preferuntur Canonistis in his, qua pertinent ad forum conscientia, in alii vero pertinentibus ad forum Iudiciale & censuras, ac pœnas Ecclesiasticas, Canonista Theologis preferri debent.
 - 32 Episcopus ex legitimo matrimonio natus esse debet.
 - 33 Legitimi per subsequens matrimonium ad Episcopatum habiles dicuntur.
 - 34 Legitimi qua fit per subsequens matrimonium juris fictione retrahitur ad tēpus natiuitatis
 - 35 Cap. innotuit, de elect. declaratur.
Cardinalatus ad celsitudinem legitimi per subsequens matrimonium non possunt ascendere. ibid.
 - 36 Ad Episcopatum promovendus in sacro Ordine ante saltem sex mensium spatium constitutus esse debet de iure Concil. Trid.
 - 37 Promovendus ad Episcopatum in omnibus sacris Ordinibus debet esse constitutus iuxta Bullam Gregor. X. IV.
 - 38 Episcopalis Ordinis collatio ante Sacerdotium valida est.
 - 39 Consecrationis munus Episcopi suscipere tenentur infra tres menses.
 - 40 Prædictum trimestre tempus exorditur à die confirmationis.
 - 41 Cap. Ordinationes, il. 1. §. tempus, 75. distinct. declaratur.
 - 42 Episcoporum consecratio die Dominica est facienda.
 - 43 Cap. quod die, 75. dist. declaratur.
 - 44 Ecclesia est locus idoneus pro consecratione Episcoporum, nisi consuetudo aliud haberet.
 - 45 Consecratio Episcoporum à minori numero, quam aliorum trium fieri minimè debet.
 - 46 Promotus ex dispensatione Papa ad Sacerdotium die Dominica, non potest eadem die consecrari Episcopus.

SI Clericatus Ordo nobilitat, & est major quacunque alia dignitate, & honore sæculari, cap. denique 4 distinctione, c. 1. in fine, 17. dist. c. quis dubitet, 96. distinct. cap. duo sunt 12. q. 1. c. 1. §. quia vero, de sacra Vnctione. Ti-quell. de nobilitat. c. 9. n. 4. Petrus Gregor. syntagm. juris lib. 4. tit. 8. c. 6. gloss. 5. Fulv. Pacian. de probation. lib. 2. c. 34. n. 5. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 1. à n. 1. Brunor à Sole in locis communibus, verb. clericus 1. Thom. Valasc. alleg. super diversas materias, tom. 1. alleg. 6. n. 1. & 2. Phœb. Lusit. decis. 162. n. 25. † Et Sacerdotibus propter dignitatem sacerdotalem semper, & ubique summa reverentia debetur, quia † personis illustribus clerici æquiparantur, l. apud similitudinem, C. de Episc. & cleric. l. 3. C. de sum. Trinit. Socin. reg. 322. in 8. limit. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 99. n. 118. Quid erit in Episcopis, quibus excellentiora debentur, ut dicit text. in c. 1. de privileg. ibi, cui debet excellentiora, ea ratione, quia † Episcopatus culmen est omnium dignitatum, c. venerabilis, de prabend. ibi, ad culmina dignitatum, ubi omnes explicant, id est, ad Episcopatum, ut per gloss. verb. dignitatum, in c. 2. cod. tit. 6. cum similibus, quibus exornant Chassan. in catal. gloria mundi, p. 4. consid. 25. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 2. n. 12. Vnde Episcopatus non dicitur dignitas, sed Dignitatum culmen, Ioseph Ludov. Perus. dec. 74. n. 11. Anastas. Germon. de sacror. immun. lib. 3. c. 9. n. 9. Camil. Borrell. in summ. dec. tom. 1. tit. 6. num. 6. Mastrill. de magi-

strat. lib. 5. c. 10. n. 12. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 9. num. 68. & q. 26. num. 29. Alzedo de Episcopar. orig. c. 1. n. 39.

In Conc. igitur Trid. sess. 25. de reformat. c. 6. vers. praterca, præcipitur ut Episcopis ubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, & à Canonis exemptis, ut scilicet eis in choro, & in Capitulo, in Processionibus, & aliis actibus publicis sit prima sedes & locus, & præcipua omnium rerum agenda. rum auctoritas. Iam enim ab Arelatensi Conc. sancitum fuerat ipsos præfectos provinciarum Episcopis subijci, ut habet Cardin. Baron. anal. Ecclesia anno 324. num. 8. Nam quoscunque Barones, sive Duces, sive Marchiones, sive alios quocumque titulo decoratos præcellere debent, Marc. Anton. Burg. de offic. Præfecti Prator. lib. 1. cap. 27. num. 31. Ioan. Francisc. à Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. official. n. 34. Et proprio id exemplo longè prius patrefecerat Maximus Imperator; is enim cum anno 368 B. Martinum Episcopum convivio excepisset, simul discumbentibus Evodio Præfecto, & Consule, eodemque ipsius Maximi fratre, ac duobus Comitibus summa potestate præditis, & medio inter ipsos Presbytero ipsius Martini, iussit pocillatori qui sibi auream pateram, tanquam omnium, qui aderant, longè excelso obtulerat, eandem ipsi Episcopo veluti digniori offerre, gestiens, cum ille bibisset, ex ejus sanctis manibus poculum sumere: quod neque ex sententia ei successit; nam vir sanctissimus suæ non immemor dignitatis, primus bibere non recusavit, mox verò non Maximo, sed Presbytero suo pateram tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se biberet, neque integrum sibi fore: sin autem Cæsarem, aut eos, qui à Cæsare erant proximi, prætulisset Presbytero, ut recenset in vita S. Martini Severus cap. 13. cujus verba rescripsit Card. Baton. de anno 386. num. 32. & ex Sulpicio in eadem vita, refert etiam ad demonstrandum istud jus Prælationis Episcoporum, Cardi. Bellarmin. controv. tom. 1. de Romano Pontifice, lib. 1. c. 7. in 2. col. vers. denique Maximus. Vnde Innocent III. in c. solita, de major. & obed. graviter reprehendit Constantinopolitanum Imper. eo quod ejusdem Urbis Patriarcham, ad scabellum pedum suorum in parte sinistra sedere permitteret, latè ostendens quàm dignior sit potestas Ecclesiastica temporali, & sæculares Principes Ecclesiasticis submitti debere Principibus: quod & ex multis sacrorum Canonum locis 69. dist. per tot. & Sanctorum Doctorum sententiis comprobatur, & specialiter ex B. Gregorio & Gelas. in c. quis dubitet, cum seq. ead. dist. ubi habetur, Sacerdotes Christi Regum, & Principum, & omnium fidelium Patres, & magistris censerit: & Ioannes Papa in c. si Imperator, ead. dist. dicit Imperatorem Catholicum filium Ecclesiæ, non Præsulem, & quod ad Religionem competit, discere ei convenit, non docere, & post multa: Imperatores Christiani, inquit, subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, non præferre; unde in quolibet loco suæ jurisdictionis non exempto pro tribunali sedere, & jurisdictionem exercere posse ait text. in cap. cum Episcopus, de officio Ordin. in 6. de quo latè alleg. 80. & per suas diœceses liberam habere potestatem, & tribunal ordinarium, ex aliis comprobatur Cornejo de absol. juramenti, part. 3. quest. 13. à num. 9. & Angelis præcellere, quatenus eis Ecclesiam regere scientia divinitus communicata datum est, observat Thom. Bossius de signis Ecclesia tom. 2. lib. 16. cap. 9. Ejus igitur dignitas amplissima est. Menoch. conf. 202. n. 133. omneque tollit infamiam, idem Menoch. conf. 1137. n. 36. itaut in Ecclesia patri exhibere reverentiam non tenetur, secus verò in domo, idem Menoch. conf. 52. num. 101. & conf. 257. n. 68. Nec dubium est, quin magna

magna sit hujus gradus excellentia, & profectò si Ordinem, & Ordinis potestatem spectemus, major est Episcopus quàm Cardinalis: ille enim Sacerdotes consecrat, baptizatos confirmat, & alia hujusmodi facit, quæ Cardinalis non potest: idemque sentiendum si attendatur jurisdictio ferendi leges, puniendi, dispensandi, indulgendi, quæ nullatenus licent Cardinali, quoniam diœcesi caret, August. de Ancona de potestate Eccles. q. 102. art. 2. Plat. de Cardin. cap. 3. licet Cardinalatus sit culmen dignitatum, Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 8. n. 81.

6 Unde nostri, & Theologi deducunt vulgare axioma, quod Episcopi in suis diœcesibus omnia possunt, quæ potest Summus Pontifex in universo Orbe, exceptis specialiter reservatis, argum. text. in cap. ad honorem, de auctoritat. & usu pallii, & in cap. novit, ad finem, de judiciis, & post Sor. de Justit. lib. 10. quæst. 1. art. 3. concl. 1. & aliis locis, quæ commemorat Henriq. in sum. lib. 10. c. 35. §. 2. in commento lit. D. Ludov. Gomez in rep. cap. 1. num. 33. de constit. lib. 6. Steph. de Gaëta in repet. c. ad limina 30. q. 1. princ. n. 6. intelligendo, ut per Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchalium sedium erect. cap. 17. à. n. 34. infinitos refert Sanch. de Matrim. lib. 1. disp. 9. n. 3. quibus adde Suar. tom. 4. de pœnit. disp. 25. sect. 1. & de legib. lib. 6. c. 14. n. 6.

7 Ex quibus consequens fit Episcopus in sua diœcesi debere honorari ab Archiepiscopo, dum est in illa, Capr. decis. 27. n. 24. & 25. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 203. n. 3. vers. 7. Habent eadem privilegia circa officium Inquisitionis, quæ habet Inquisitor delegatus, & maximè absentibus Inquisitoribus, vel ubi illi non adsunt, P. n. in direct. Inquis. part. 3. schol. 112. Aloyf. Ricc. d. resol. 203. n. 4. vers. 12. procedunt enim simul; unde quærit Diana resol. moral. p. 4. tract. 7. resol. 37. quid faciendum in imponendis pœnis, quando discrepant Inquisitores, & Ordinarii? Et civitas occidens suum Episcopum privatur in posterum tali dignitate, c. ita 25. q. 2. Cov. lib. 2. var. c. 8. in fine, Aloyf. Ricc. d. resol. 203. n. 4. vers. 13. de

8 quo infra all. 57. n. 237. † Hinc pariter infertur, Episcopus in suis Diœcesibus plenissimam exercere jurisdictionem puniendi quæcumque, & omnia crimina, c. 1. de offic. Ordin. Censuras proferre potest contra Sacerdotem, nisi jurisdictionem habeat, c. cum ab Ecclesiarum, de officio Ordin. Indulgentias concedere valet, cap. quoddam autem, c. cum ex eo, c. pen. de pœnit. & infra alleg. 88. necnon cognoscere de causis matrimonialibus, infr. alleg. 84. dispensare in omnibus casibus minoribus adulterio, cap. at si clerici, §. de adulteriis, de judic. & in irregularitatibus occultis. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 6. ut infra alleg. 39. & 40. Absolvere ad omni censura legis non servata, c. nuper, de sentent. excommunic. post Navar. Covar. Vgolin. & alios Suar. de censur. lib. 2. c. 19. Suar. eodem tract. tom. 5. disp. 7. sect. 3. latè alleg. 50. num. 271. cum seqq. ac demùm † dispensare quoties dispensandi facultas conceditur, ut notant omnes in c. at si clerici, §. de adulteriis, de judiciis, & in c. dilectus, de tempor. ordin. Card. Tusch. pract. concl. tom. 3. concl. 276. Suar. de legib. lib. 6. cap. 14. num. 3. & 8. vide infra alleg. 33.

Quare ex his omnibus colligitur Episcopus, tam in potestate jurisdictionis, quàm in potestate Ordinis, Sacerdotibus, seu Presbyteris superiores esse: constat enim tam Ordinis, quàm jurisdictionis potestatem competere Episcopis in suis diœcesibus; Sacerdotibus verò esse communem Ordinis potestatem cum Episcopis, exceptis ordinandi, confirmandi, nonnullisque aliis ministeriis: ergo fit consequens manifestissimum, quoad potestatem jurisdictionis Episcopus superiores esse Presbyteris, cum

ex dictis constet hos nullam, illos plenam in suis diœcesibus habere jurisdictionem. Quoad potestatem Ordinis idem ostenditur, siquidem Sacramentum Confirmationis conficere, Ordines conferre, multaque alia Ordinis ministeria solis Episcopis fuere reservata, & Presbyteris omnino denegantur. Quare hanc veritatem multis docent Card. Bellarm. tom. 1. controver. 5. lib. 1. cap. 14. Petr. Sot. de just. Sacerd. ubi de sacram. Ordinis, sect. 1. & alii, quos plenè refert Henriq. in sum. lib. 10. c. 7. §. 2. lit. L, latè novissimè Philibert. Marchin. de sacram. Ordinis tr. 2. p. 8. cap. 4. per tot. qui post nonnullas hujus tractatus impressiones in lucem prodit; idè nil mirum si adinvicem nos citemus: & de Fide definivit Conc. Trid. sess. 3. c. 4. & can. 6. & 7. Non obstant illa, quibus impii hæretici hanc Episcoporum, & Presbyterorum distinctionem, & pulcherrimam Catholicæ Ecclesiæ hierarchiam conantur evertere, quem errorem jam olim excitavit Aërius, qui cum Episcopatum frustra & impotenter ambiisset, ab Ecclesia divertit, eam impugnans dignitatem, quam consequi non potuit: quem deinde errorem ex eadem causa promotus suscitavit VVicleph, cum Episcopatum Vigoriensem impotenter appeteret, adducens auctoritates Pauli 1. ad Philipp. ibi, cum Episcopis & Diaconibus, quasi nomen Episcopis, pro Presbyteris ponatur; alias enim de Presbyteris quoque Paulus fecisset mentionem: & deinde, quia in plurali numero dicit, Episcopis, qui tamen in eadem civitate plures esse non possunt, juxta ea quæ notantur in c. quoniam, de officio Ordin. Adducunt deinde Paul. 1. ad Titum c. 1. ibi, constituas per civitates Presbyteros, & inferius, oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse, &c. quasi illi, quos superius Presbyteri nomen significabat, iidem sint atque illi, quos modò Episcopos appellat. Denique expendunt auctoritatem Hieron. in c. legimus, 93. dist. & in cap. olim, 95. distinct. ubi expressè inquit, eisdem esse Episcopos, atque Presbyteros. In primis enim pro solutione difficultatum, quas supra ex locis Apostoli adduximus, advertendum universum Clerum, omnesque Ordines ad duo primaria genera revocari, ad Sacerdotes scilicet, & ministros, quorum priores, videlicet Sacerdotes, subdividuntur in majores, & minores; posteriores verò, scilicet ministri, in sex alias species, Diaconos, Subdiaconos, Acolytos, Lectores, Exorcistas, & Ostiarios, quibus nostri addunt Psalmistas, habetur in c. clericos, 21. dist. & quamvis nomen Episcopi principalibus tantum Sacerdotibus tribui soleat, & nomen Diaconi principali tantum Ministro, utrumque tamen suo modo aliis convenit; nam etiam Presbyteri superintendunt populo. Volens igitur Paulus universum populum salutare, sed magis Clerum, ne cogeretur singulos Ordines numerare, generatim id fecit, nomine Episcopi comprehendens omnes Sacerdotes, nomine Diaconi omnes ministros. Ad secundum ex Paulo ad Titum respondetur, Paulum illis verbis usum fuisse tanquam generalibus, non verò tanquam distinctis, ex modò dicta ratione. Ad auctoritatem verò S. Hieronymi responsum est supra part. 1. titul. 1. cap. 2. num. 36.

Unde omnibus Clericis, & cunctis etiam fidelibus Ecclesia præcipit, ut Episcopus suos diligant, eisque obedientiam debitam exhibeant, sic etenim docet Clemens Papa in c. Sacerdotes 2. quæst. 7. Sacerdotes, inquit, & reliqui Ecclesiæ ministri, omnesque plebes Episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam si ipsi aliter, quod absit, agant, nisi in Fide erraverint. Et B. Apostolus Petrus hortabatur, dicens: Obedite præpositis vestris, non solum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis. Evaristus quoque Papa in c. sicut vir, in fine, 7. q. 1. dicit, Ecclesiam cum tanta reverentia Episcopis

Episcopi sui doctrinam suscipere debere, eamque amare, & diligere, ut Legatum Dei, & præconem veritatis; si qui autem Episcopo non obedierit, siue sit Sacerdos, siue alius clericus, siue etiam Princeps, Canonum sententiâ pronunciat infamis, & à liminibus Ecclesiæ est rejiciendus, ut dicit idem Clemens in cap. si autem 11. quæst. 3. excommunicandos esse dicit Anterus Papa in c. absit, eadem causa, & quæst. ita & in c. si quis, & in c. omnes, de major. & obed. Nec potest subditus contra Prælatum suum præscribere obedientiam, cap. cum non liceat, de præscript. ubi in collect. plures Doctores citavimus, & infra alleg. 128. latius agemus.

10 Episcopi igitur multis nominibus appellantur, nonnunquam Præsules, interdum Antistites, aliquando summi Sacerdotes, ut per text. in cap. clerus, verb. Episcopus, cum seq. 21. dist. c. quod translationem, de tempor. ordinat. c. 1. §. per frontis, princip. de sacra Vnct. tradunt, & explicant sigillatim post alios Card. Bellar. tom. 1. de controvers. Christi. fidei, lib. 3. de Rom. Pont. c. 24. & lib. 2. de conc. auct. c. 1. ad fin. Azor. p. 2. lib. 3. c. 21. q. 1. Henriq. in sum. lib. 10. de Ordinis Sacramento, c. 32. num. 1. Durand. in rationali divinor. lib. 2. cap. 21. à princ. usque ad numer. 5. Et quod Episcopi dicantur summi Sacerdotes, nuncupatim tradunt Ioseph. Lud. Perus. decis. 74. n. 11. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 28. col. 299. ita & Pontifices multoties nuncupantur, ut in c. Pontifices 7. quæst. 1. cap. Massana, de elect. d. c. quod translationem, c. quia periculosum, ibi, Pontificali officii, de sentent. excomm. lib. 6. Imò Isidor. in d. c. cleros, verb. Pontifex, vocat eos maximos Pontifices, hoc est, maximos Sacerdotes, & in vers. Presbyter, addit eosdem Pontificatus apicem habere: notant Gom. in cap. 1. num. 18. de constit. lib. 6. Aloyf. Ric. in praxi aurea, resolut. 203. num. 2. Azor. dict. q. 1. vers. quæres etiam. Durand. numer. 3. ubi proximè, cujus nominis derivationem idem Isidor. in dict. verb. Pontifex, explicare videtur dum ait, vel dicitur, & quasi via sequentium, &c. quæ etymologia ex eo declaratur, & confirmatur, quia siue sequamur Quinti Mutii Scævola sententiam, qui à posse, & facere, Pontifices dictos putavit, & quod illis potestas fuisset sacrificandi, id est sacra faciendi, l. 2. ibi, Pontificem dum sacra facit, ff. de in jus vocando (facere enim apud veteres sacrificare est) sequuntur multi, cum quibus Alciat. lib. 2. Parerg. c. 6. indeque Pontificium dictum pro jure, & potestate aliquid faciendi: siue sequamur aliam ejusdem nominis rationem, quæ Marco Var. placuit, de qua Noviores in l. 2. §. deinde ex his legibus, ibi, apud collegium Pontificum erant, ubi Corral. num. 16. & 17. Cagnol. num. 96. ff. de origine juris, Lexicographi juris verb. Pontifices: in utroque sensu Episcopi rectè Pontifices appellantur, vel quòd sacra faciant, dict. cap. cleros, vers. Presbyter; vel quia viam aliis construant & ostendant exemplo vitæ, & doctrinæ, ex regula text. in cap. inter cetera, de officio Ordin. cum similibus tradit Corral. lib. 3. miscellan. c. 22. num. 6. & 8 quo pacto declarandus erit text. in dict. cap. cleros, vers. Pontifex, ibi, quasi via sequentium: intendit Durant. d. lib. 2. cap. 11. numer. 3. Vocantur Princeps Ecclesiæ, Aloyf. Ric. in praxi aurea, resolut. 203. num. 2. Dicuntur etiam personæ egregiæ, itaut ad eos domi mittatur pro juramento accipiendo, si quandoque in testem vocantur volentes, gloss. in l. ad egregias, ff. de jurejur. Bald. in Auth. sed iudex, C. de Episcopis & Cleric. Gambar. de officio & potest. Legati de latere lib. 2. titul. de variis Ordinariorum nomin. n. 38. Item dicuntur illustres, secundum Bart. in l. omnes populi 2. de justit. & jur. Gambar. citato loco, num. 39. & comitari debent à suis Canonicis in publicis processionibus, ut latè probat Aloyf. Ric. in praxi aurea, resolut. 51. & dicuntur habere pastoralem curam, & dignitatis fasti-

gium, cap. ordinatos, 59. dist. c. miramur, verb. principatus, dist. 6. c. principatus 1. c. 1. Aloyf. Ric. d. resolut. 203. num. 2.

Episcopatus dignitas est, Episcopusque dignitatis, & potestatis nomen habet, non officii tantum, ut probant text. in c. 2. de officio delegat. lib. 6. ibi, Pontificali dignitate, &c. & Clement. 1. ibi, Pontificali, de renunc. Clem. in plerisque, ibi, Pontificali dignitas, de elect. Extravag. 1. vers. non volentes, ne Sede vacante, Ioannis XXI. cum multis aliis, ex quibus ita post Ioann. Andr. notant Franch. & Dominic. in d. cap. 2. numer. 1. Azor. inst. moral. tom. 2. lib. 3. c. 27. quæst. 2. Henriq. in sum. lib. 10. de Ordinis Sacramento, c. 32. num. 1. Quinimò † Episcopatum non tantum dignitatem, sed culmen esse dignitatum, videtur probare text. in c. pen. ibi, ad culmina dignitatum, de prebendis, quem ad hoc notat gloss. verb. dignitatum, in c. 2. eodem titul. lib. 6. & singularem dicit Barbaria in cap. dilectus, colum. pen. de officio Legati, ad notabilem casum applicat Ripa lib. 2. responsorum, cap. 16. majoremque esse Ordinem, quam sit in Ecclesia Dei, asserit gloss. verb. Episcopus, in præmio libri sexti, gloss. verb. de Episcopis in c. quia periculosum, de sententia excommunicat. eodem lib. 6. Chassan. in catalogo gloria mundi, part. 4. considerat. 25. inde afferentes rationem † quare Summus Pontifex se Episcopum appellet, & cæteros Episcopos vocet fratres, quasi sibi æquales; Cardinales verò & Reges filios, juxta text. in c. quam gravis 6. de crimine falsi, tradunt Felin. in præmio Gregoriano, num. 1. Dec. in c. cum venerabilis, num. 2. de except. Cosm. in pragmatita, tit. de numero Cardinalium, gloss. Cardinales.

Neque obstat text. in c. qui Episcopatum, ibi, quia nomen est operis, non honoris, 8. q. 1. ex quo nonnulli hujus temporis hæretici contendunt, Episcopi nomen solum esse functionis, muneris, seu officii, non verò potestatis, seu dignitatis: refert Cardin. Bellarm. de controvers. Christiana fidei, tom. 1. lib. 3. de Rom. Pontif. cap. 24. Azor. d. cap. 27. quæst. 2. Respondetur enim hæreticos manifestè decipi ex nominis etymologia, quam solum voluit designare D. August. in d. c. qui Episcopatum: nam etsi nomen † Episcopus, sumptum à verbo Græco ἐπισκοπῆν quoad nominis etymologiam significet eum qui speculari, & inspicit, quasi Episcopus in Ecclesia Dei speculari sit, & inspiciens subditorum mores, cap. Cleros, §. Episcopus, 21. distinet. Azor. dict. cap. 27. quæst. 1. Durant. in rationali Divinor. lib. 2. cap. 11. numer. 1. & 2. Attamen re ipsa, sicut olim apud Ethnicos nomen erat Magistratus & præfecturæ, nimirum Prætoris, ita & hodie sumptum etiam est ad designandam potestatem, & dignitatem, & præfecturam, quæ est in Episcopo: ita ut Episcopatus non sit simplex officium prædicandi, & inspiciendi subditorum vitas: sed etiam vera dignitas, & præfectura Ecclesiastica, cum potestate & vi coactiva regendi eosdem subditos in rebus spiritualibus, ac divinis, & imperandi, ac puniendi, ut benè deducitur ex illo D. Paul. ad Corinth. cap. 13. ibi: Secundam potestatem, quam dedit mihi Dominus, &c. & ex aliis locis intendit utrumque text. in dict. c. 2. ibi: Pontificali dignitate, &c. juncto ibi, sacri officii, quod exercent. &c. cap. quia periculosum, ibi, Pontificali officii, de sentent. excommunicat. lib. 6. & ex variis Scripturæ testimoniis, & similitudine nominis, Rex, ex quo etiam hæretici arguebant, ostendit idem Illustriss. Cardin. Bellarm. d. c. 24. notant Henriq. & Azor. dictis locis.

Ex eo autem, quod Episcopatus dignitas sit, inferunt DD. sub appellatione dignitatis in Iuris, vel hominis dispositione etiam Episcopalem venire, ut per Dominic. & Franc. d. cap. 2. numer. 1. de quo tamen videri potest gloss. verb. dignitatum, & ibi communiter

muniter omnes, in c. 1. de prabendis, lib. 6. Simonet. de reservat. quas. 11. per totam, Mandol. reg. 32. Cancell. quas. 15. Gambar. de potestate Legati libr. 2. numero 41. cum seqq. & lib. 7. à n. 222. Hojeda de incompatibilitate benefic. 1. part. c. 24. num. 64. qui magis communiter distinguunt inter materiam favorabilem, & odiosam, ita ut in illa, non verò in ista sub appellatione dignitatis Episcopalis comprehendatur, juxta decisionem text. in c. dilectus, 12. de concess. prabenda, c. Inquisitores 16. & ibi gloss. verb. expressè, de hæreticis lib. 6. cap. si compromissarius 37. vers. hujusmodi, de elect. lib. 6. d. c. periculosum, de sentent. excommunic. eodem lib. Marc. Anton. Genuens. in præticab Eccles. quas. 9. n. 3. & circa dispensationes vide doctrinam Abbat. in d. c. dilectus, num. 1. & in c. cum Vinton. de elect. ubi docet quod dispensationem etiam ad omnes, seu quascunque dignitates, non extendi ad Episcopalem, propter excellentiam, & culmen illius, ex regula c. 1. §. ultim. de filiis Presbyter. lib. 6. sequuntur Peregrin. de fideicom. art. 23. n. 8. Hojeda de incomp. benef. p. 2. c. ult. n. 77. Mauric. Alzed. d. p. 1. c. 3. n. 19. Nicol. Garcia de beneficiis p. 1. c. 6. num. 66. Sic etiam Episcopi non ligantur suspensione, sive interdicto, nisi de illis mentio fiat, d. c. quia periculosum, Sayr. de censuris lib. 1. c. 8. n. 25. Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. num. 47. Nec etiam sub dispositione generaliter loquente de personis, venit persona Episcopi, c. Inquisitores, de hæret. in 6. ubi gloss. verb. expressè, Lotter. de re benef. lib. 1. q. 8. n. 82. Nec denique Episcopalis dignitas venit sub amplissimis verbis quorumcunque beneficiorum in odiosis, cap. 2. ubi gloss. verb. dignitatem, de præbendis in 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. in princ. num. 36. Bellet. d. §. 2. n. 43.

Sed an Episcopatus Ordo sit, controversatur inter Theologos, & Canonistas. Theologi enim in Ecclesia septem tantùm Ordines ponunt, quatuor videlicet minores, & tres majores, & sic negant Episcopatum esse Ordinem distinctum, sed eundem cum Sacerdotio, & per consecrationem in dignitate Episcopali recipere Episcopum non Ordinem distinctum, ut est Sacramentum, sed potius distinctum officium, & novam dignitatem, ac præminentiam exercendi ex officio plures Ecclesiasticas functiones, quas ex officio certum est nec simplices Sacerdotes, nec alios inferiores exercere posse. Ita tenent ipsi in 4. Sentent. dist. 24. S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 40. art. 5. in corpore, ubi Nugnus, Henriq. in sum. lib. 10. cap. 2. in princ. Cosm. Philarch. lib. 1. cap. 10. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. quas. 98. sub num. 11. Sanch. in opuscul. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 8. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 13. à n. 32. Alzed. d. part. 1. c. 4. n. 8. Mosfel. in sum. moralis Theolog. tract. 3. cap. 1. num. 31. Homobon. de Bonis de humana vita statibus, part. 1. cap. 20. in princ. Filliuc. tom. 1. tract. 9. num. 12. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. n. 5. Bonacina de Sacramentis disp. 8. quas. unice. punct. 1. num. 3. Verior tamen est sententia Canonistarum asserentium Episcopatum esse Ordinem à Sacerdotio distinctum, ut probat expressè Tridentini locus (cui se nescire, nec posse bona fide respondere, asserit Navarr. in loco infra citando) sess. 23. de sacram. Ordin. cap. 4. ibi, Episcopos, qui in Apostolorum locis successerunt, ad hunc Hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & c. text. in cap. illud, 77. dist. & in c. 1. juncta gloss. verb. à cap. 31. distinet. Quod autem imprimat characterem, probatur, quia Episcopalis ordinatio non potest reperi, & indelebilis est, & Episcopus ex sua ordinatione potest duo Sacramenta conferre, scilicet Ordinem, & Confirmationem, quæ non possunt Sacerdotes inferiores ministrare. Fr. Emman. in sum. tom. 4. c. 67. num. 21. Alzed. d. part. 1. cap. 4. num. 7. Barbof. de Episcop. Pars II.

Denique confirmatur optimè ex eo, quia Episcopi multò magis, quam alii inferiores ad sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum ordinantur: ipsi enim & Sacerdotium conferunt, ac Altaria, & vasa ad usum ejusdem Sacramenti consecrant. Ex quibus ita ex nostris, & Theologorum pluribus hanc sententiam defendunt in effectu gloss. verb. Episcopus, in proemio, lib. 6. & gloss. 2. ubi Doct. in can. quousies 3. de purgat. canonic. Durand. in 4. dist. 24. q. 6. & ibi Paulud q. 7. Vvaldens. tom. 2. de Sacram. cap. 116. Navarr. in manual. cap. 12. num. 18. Petrus Sot. de justit. Sacerd. lect. 1. & 4. de sacram. Ordin. Vivald. in candelabro aureo, tit. de sacram. Ordinis, n. 10. Emmanuel Sà verb. Ordo, n. 7. Valent. tom. 4. disp. 9. quas. 1. punct. 4. Martin. Fornar. cap. 1. de Ordine, Cardin. Bellarmini. de sacramento Ordin. cap. 5. Vasq. part. 3. disput. 240. c. 3. Coninch. de Sacram. tom. 2. disput. 2. dub. 2. n. 9. Medina lib. 1. de cœlibatu, cap. 16. Domit. Chamerot. de Sacrament. tract. 11. de Ordine sacro, cap. 1. dub. 3. Layn. in Theolog. moral. lib. 5. tractat. 9. cap. 4. num. 3. & cap. 7. in fine Rendina in promptuar. receptarum sent. tit. 38. de Episcopis & Prælatiis, num. 15. Campanil. in divers. Juris Canonici, rub. 2. n. 7. Valconcel. in harmonia rub. ad tit. de translat. Episcopi, num. ult. Franc. Leo in thesauro fori Eccl. part. 1. c. 4. num. 17. novissimè me citato in hoc loco, Torreblanca in præticab. Juris spiritualis, lib. 2. cap. 11. n. 16. Quicquid aliter distinguat Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 27. quas. 3. & Lotter. de re benef. lib. 1. quas. 9. à num. 75.

An autem ordinatio Episcopalis verè, & propriè sit Sacramentum, Vide Balduin. Junium super opera controversiarum Cardin. Bellarm. part. 2. lib. 6. cap. 3. vers. primum ergo, post Michaëlem Medinam, Petr. Sot. Valent. & Vasq. tractat. Coninch. d. disp. 20. n. 43. inter quos receptior tenet opinio, Episcopatum esse de per se, & sejunctim Sacramentum, & ultra eos docent Cardin. Bellarm. de Sacram. lib. 1. c. 5. & Gregor. de Valentia tom. 3. disp. 9. q. 1. punct. 4. vers. secundo controversum, quos refert, & sequitur Campan. rub. 2. n. 7. ante vers. Episcopatum, Filliuc. d. tract. 9. num. 24.

Verùm autem Cardinalatus sit verus Ordo, non videtur ab instituto nostro alienum disputare. Quidam inter Ecclesiasticos Ordines Cardinalatum enumerant, ex quorum numero sunt Turrecr lib. 2. sum. c. 80. Card. Alban. in tract. de Cardinalib. quas. 5. circa med. Anton. Barbat. tract. de potest. Cardinal. p. 1. quas. 1. num. 20. usque ad 37. Villadieg. de origine, dignitate, & potest. Cardinal. q. 1. Cardin. Jacobat. tr. de Concil. lib. 1. art. 12. August. Triumph. tract. de potest. Eccles. q. 102. S. Antonin. 3. part. sum. tit. 21. c. 1. & 2. Sed alii multo meliùs tenent Cardinalatum non esse Ordinem sacrum, nec imprimere characterem, nec fuisse à Christo Domino institutum, ut per Cardin. Zabarel. in Clem. ne Romani, §. porro de elect. Sot. in 4. dist. 24. quas. 2. art. 4. Card. Bellarm. lib. 1. de cleric. c. 16. controuv. 5. Domit. Chamerot. de Sacrament. tract. 11. cap. 1. dub. 2. Sanch. in opuscul. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 11. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 4. c. 1. quas. 3. secunda opinio, Monct. de commut. ultim. volunt. c. 12. num. 75. vers. tamen primum, ex ea potissimum ratione, quia Cardinalatus non habet consecrationem aliquam, nec materiam, nec formam. Vnde similiter Papatum non constituere Ordinem distinctum ab Episcopatu, nec imprimere distinctum characterem, resolvunt Sot. d. q. 2. art. 4. concl. 2. Bonac. de Sacram. disp. 8. q. unica, punct. 1. n. 5. quia etsi Papa habeat majorem potestatem jurisdictionis, quam habeat Episcopus; tamen in potestate conficiendi corpus Christi, consecrandi Episcopos, confirmandi, & ordinandi, sunt æquales.

20 In honorem tantæ dignitatis multa privilegia Episcopis conceduntur, & plures prærogativæ eis competunt de iure. Primò enim electus Episcopus eximitur à patria potestate, ex lege Canonica in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi, & lege Imper. in aub. sed Episcopalis dignitas, C. de Episcopi, & cler. observant Cov. in cap. quia nos, n. 5. de testam. Bernard. & Salzed. reg. 275. Garc. Falcon. reg. 138. Cott. in memorabilib. verb. Episcopalis dignitas, Viv. tom. 2. com. opinion. lib. 8. tit. 29. de patria potestate, n. 4. pag. 403. Menoch. remed. 15. recuperanda, n. 321. Alcan. de patria potestate, c. fin. n. 49. Pinel in l. 1. p. 1. num. 42. C. de bonis matern. Gutier. in repet. §. sui, n. 10. & 11. Inst. de hered. qual. Valdef. ad Xuar. p. 2. pag. 62. Molin. de Inst. tract. 2. disp. 229. vers. 6. Rebell. de oblig. Inst. p. 2. lib. 1. q. 8. n. 6. vers. 8. Milis verb. filius, vers. filius eximitur, Sa cod. verb. n. 11. Anton. Gom. var. tom. 1. c. 9. num. 11. Alzed. part. 1. c. 12. num. 10. ubi num. 19. dicit, quod filii Episcopi antea uxorati, per consecrationem patris non liberantur à patria potestate. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 29. n. 79. Mart. de Jurisd. p. 4. cent. 1. casu 27. n. 4. novissimè Barth. de Angelis ad d. aub. sed Episcopalis, n. 1. pag. 82. Marc. Anton. Genuens. in præf. Eccles. q. 374. n. 1. in princ. Idem in Cardinalibus, in his quæ ipsis sunt commoda, non ita tamen ut omittant jus suorum hæredum, Cuch. in Instit. canon. lib. 1. tit. 4. n. 87. Molin. de Inst. tr. 2. disp. 229. n. 8. Læz. Zech. de Repub. Eccles. tom. 3. de Cardinal. num. 9. privil. 8. novissimè amicus meus sapientissimus P. Diana moral. resol. part. 5. tract. 2. res. 32. Secundò, in signum dignitatis Episcopalis, & spiritualis quoque Matrimonii cum Ecclesia sua, annulum portare potest in digito, & Mitra, seu infula, & aliis Episcopalibus ornamentis atque insigniis decoratur, c. clerici officia, de vita, & honest. cleric. Tertio in Altari, in quo Episcopus Missam cantavit, nullus eadem die potest Missam celebrare, cap. in altari, de consec. dist. 2. & infra dicemus alleg. 24. in princip. Possunt autem ipsi Episcopi cum Altari portatili ubique locorum, & extra Ecclesias celebrare per se, vel per alium in præsentia sua, c. fin. de privileg. in 6. quod an sublatum fuerit per Concil. Trid. sess. 22. in decreto de observandis, & evit. in sacrificio Missæ, dicemus infra alleg. 23. num. 5. Et in suis diocæsisibus populo solemniter benedicere, Clem. fin. de privil. de quo aliqua notabimus alleg. 27. n. 63. Audire divina Officia etiam tempore interdicti, & celebrare, & in sua præsentia facere celebrari, cap. quod nonnullis, de privileg. & possunt sibi quem volunt eligere Confessorem, c. fin. de pœnit. & remiss. de quo tamen vide quæ dicemus infra alleg. 25. num. 20. Quarto, habent Cathedralici exactionem, & Canonicam portionem, & alia similia, quæ ad legem diocæsanam pertinere dicuntur, de quibus tractabimus alleg. 89. Quintò non potest Episcopus ad testimonium dicendum flagitari: nam inquit l. nec honore, C. de Episcopi, & cleric. & aub. de sanctiss. Episcopis, §. nulli verò iudicam, & persona inhonoratur, & dignitas Sacerdotis excepta confunditur, de quo vide quæ diximus in nostro tract. de iure Eccles. lib. 1. c. 12. num. 30. quod si quandoque ejus necessaria sit attestatio, non iurejurando, sed Evangelicis tantum coram positus testimonium ejus est accipiendum, cap. testimonium cum seq. 11. quest. 1. Sextò, cuicumque licitum est iudicium Episcopi in quacumque causa eligere, & ejus sententia non est retractanda, & testimonium ipsius tantum est recipiendum, ut Theodosius Imp. decrevit in c. quicumque, cum seq. 11. q. 1. nisi de præjudicio famæ alterius ageretur, ut in cap. fin. 6. quest. 2. hæc enim sic quoque intelliguntur cum sententia ab Episcopo secundum jus legitime fuerit prolata, dicit enim Imper. illud veritatis auctoritate firmatum,

illud incorruptum habeatur, quod à sacrosancto homine secundum scientiam mentis illibata fuerit prolatum, in c. omnes, in fine, ead. causa & quest. Episcopi quoque tantum, vel alii in Ecclesiastica dignitate constituti, Conservatores Iudices dantur, c. hoc constitutione, de officio deleg. in 6. Septimò, si Episcopi à quoquam rebus propriis spolientur, vel à suis sedibus ejiciantur, sunt statim in omnibus restituendi, & cuncta eis redintegrandæ, antequam ullum crimen objici possit, cap. si quis ordinatus, cum seq. 91. dist. Clem. unic. de foro compet. Nec sunt Episcopatu privandi propter quamcunque ægritudinem, aut corporis infirmitatem, c. 1. cum seq. 7. q. 1. Octavo, Episcopus potest assistere Inquisitoribus in negotio Fidei. Alex IV. Bulla XIII. & habet eadem privilegia circa officium Inquisitionis, quæ habet Inquisitor delegatus, & maximè absentibus Inquisitoribus, & ubi Inquisitores non adsunt. Peña in 3. part. direct. Inquisit. schol. 112. Aloyf. Ricc. in prax. aurea, res. 203. vers. duodecimò. Nonò, Episcopi non citantur ad Curiam ab Auditore Cameræ absque mandato summi Pontif. Pius IV. Bulla 74. Aloysius Riccius dist. resol. 203. num. 1. Decimò, Episcopi præcedunt Protonotarios, etiam si sint de numero participantium, tam in Vrbe, quàm extra. Pius II. Bulla 2. Aloyf. Ricc. dist. resol. 203. vers. sextò. Undecimò, Episcopus in sua diocæsi debet honorari ab Archiepiscopo dum est in illa, Capyc. decis. 17. n. 23. & 25. Aloyf. Ricc. dist. res. 203. n. 3. vers. octavo. Duodecimò Episcopus potest esse Iudex in causa propria suæ Ecclesiæ, ut dicemus alleg. 87. num. 6. Decimotertiò, Civitas occidens suum Episcopum privatur in posterum tali dignitate, cap. ita nos, 25. q. 2. Cov. lib. 2. var. c. 8. in fine, Aloyf. Ricc. dist. resol. 202. n. 4. Gutier. canon. lib. 2. cap. 30. n. 11. Alzedo dist. part. 1. cap. 7. num. 17. ubi n. 18. ad intelligit, si Episcopus jam erat consecratus: qui autem Episcopum personaliter offenderit, non potest nisi per Papam absolvi, quamvis sit levis injuria, cum in aliis ex levi injuria id alteri demandetur, cap. pervernit, de sentent. excomm. Decimoquarto potest Episcopus sententiam suam per alium legere, Vgolin. de officio Episc. part. 1. cap. 2. §. 2. num. 4. Alzed. d. p. 12. cap. 11. num. 45. ubi num. 46. intelligit de Episcopo consecrato. Decimoquinto dum jurat, non tenent tangere librum, sed sat est quod pectus suum tangat, vel à longè manus elevet versus illum, cap. in causa, de juram. c. 1. gloss. in c. quoties 1. quest. 7. Vgolin. d. p. 1. cap. 2. §. 2. num. 4. Hieron. Venero de exam. Episcop. lib. 4. cap. 17. num. 19. Alzed. d. c. 12. num. 38. ubi num. seqq. id limitat quando Episcopus consecratur, dum fidelitatem, & alia Papæ promittit, ut in cap. Ego N. in fine, de iurejur. vel quando specialiter est statutum, quod Episcopus Scripturam tangat. Immo Episcopo sine juramento credi in causis civilibus, resolvunt Aggia de exhib. auxil. concl. 4. Bobadil. in politic. lib. 2. c. 27. n. 15. Decimosexto, Episcopus accusatus non debet stare, sed sedere simul cum Iudice aliquantulum inferius, Selv. de benef. part. 1. q. 3. num. 12. in fine, Anton. Corset. de potest. Regia part. 4. n. 22. Alzed. d. cap. 11. num. 36. Decimosextimo, non potest cogi ad tutelam cujuscumque personæ suscipiendam, aub. de sanctiss. Episc. §. Deo autem, collat. 9. l. 95. tit. 5. p. 1. Paul. Montan. de tutel. cap. 35. reg. 1. n. 194. Galganet. eod. tract. lib. 1. tit. 6. n. 36. Alzedo d. cap. 12. n. 31.

Quamvis Tiraq. de nobilit. cap. 16. latè disputet an nobilitas liberorum ascendat ad parentes? & affirmativam partem tueatur Melch. Phœbus Lusit. decis. 155. per tot. tom. 2. per aub. constitutio qua de dignit. §. generaliter, illud certò certius est quod Dignitas Episcopalis filii prodest patri, ita quod parens filium habens Episcopum, ob ejus dignitatem gaudeat

deat nobilitatis prerogativa, ut non reputetur plebeius. Ita Gam. *Lusitan. decis.* 112. ubi Flores de Mena, bene Aloy. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 545. in 1. impress. & resolut. 467. per totam, in 2. impress. & faciunt quæ Farinac. *in praxi criminali, part. 1. lib. 1. tit. 5. q. 1. n. 60.* me citato in hoc loco Alzed. p. 1. c. 12. num. 17.

Episcopalis dignitas, ejusque jurisdictio considerata in generali, & in communi, est instituta de jure divino, ut constat ex D. Paulo ad *Ephes. 4.* & 1. ad *Corinth. 12.* quem post alios exponit Suarez *tom. 4. de Penit. p. 2. disp. 25. sect. 1. à num. 7.* & ex loco *Act. 20.* quem in idem adducit Card. Bellarm. *d. tom. 1. controvers. 8. generali, lib. 4. c. 25.* Henriq. *in sum. lib. 6. cap. 5. n. 5.* Si verò jurisdictio Episcopalis sumatur in particulari, est instituta de jure humano. Suarez *dict. sect. 1. num. 10. cum seqq. juncto n. 3.* Card. Bellarm. *d. lib. 4. cap. 24.* Valent. *tom. 4. disput. 7. q. 10. punct. 2. part. 2. col. 1.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 30. q. 13.* Camill. Borellus *d. tit. 6. à n. 1.* Ludov. Miranda *de ordine judiciario q. 2. art. 5.*

Ad cunctis formidandum Episcopale munus evadendi, singulari tum divinarum, tum etiam humanarum rerum scientia sunt commendandi, *cap. cum in cunctis, de elect.* Quamobrem is, qui dignitate Episcopatus præfulgere cupit, debet alicujus Academiae & Gymnasii publici suffragio, & auctoritate Magister, aut Doctor, vel Licentiatas in sacra Theologia, aut in jure Canonico creari: quod si ad nullum litterarum gradum promotus sit, sufficit si alicujus Academiae testimonio publico probetur idoneus ad alios docendos: ita disponit Sac. Concil. Trident. *sess. 22. de reformat. c. 2.* & tenent Menoch. *de arbitrar. casu 425. num. 35.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 16. §. 2. in comment. littera B, & cap. 33 §. 2. & lib. 18. cap. 9. §. 1. versic. gradus,* Petr. Alphons. *de Vascoc. in harmonia rubricar. Juris Canon. tit. de atate, & qualitate, num. 4.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. q. 9. col. 306. & lib. 6. cap. 6. quas. 1. col. 683.* Less. *de iust. lib. 2. cap. 34. dub. 24.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloss. 4. n. 67.* Reginald. *in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. num. 171.* plures alios refert Cened. *ad Decretum collect. §. 1. num. 4. in fin.* Campanil. *in divers. Juris Canon. rub. 3. cap. 4. num. 1. cum sequentib.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. sit. de clericali discipl. §. 4. à n. 33.* Homobon. *de bonis de examine Ecclesiastico p. 1. tr. 1. c. 9. quas. 5. 2. ubi quas. 53. an ignarus promotus ad Episcopatum sit tutus in conscientia, & collatio valeat? quorum plures refero Ego ipse in collect. ad cap. cum in cunctis, n. 10. de elect.* Molfes. *in sum. Theologiae moralis, tract. 2. c. 13. num. 6.*

Hodie cum privilegium Doctoratus non faciat Doctorem, sed requiratur doctrina, Clemens VIII. statuit, ut non solum habentes privilegium, sed docti viri ad Cathedrales assumantur. Et ad Episcopatum in Italia assumendi in Urbe coram ipso, & Sacra Congreg. Illustrissimorum Cardin. aliorumque gravium, & peritorum Prælatorum, & virorum; in Gallia verò, & Hispania coram S. R. E. Cardin. Legatis ibi existentibus, & Legatis deficientibus, coram S. Sedis Apostolicæ Nunciis, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, de speciali Papæ mandato assistentibus aliis Prælatibus, ac peritis Viris, ut hujusmodi negotii gravitas requirit, se examini subiciant, qui approbati, & non aliam, ad Ecclesiæ regimina admittantur: referunt Franc. Leo *in Theaur. fori Ecclesiastici, part. 1. cap. 3. n. 10. & 11.* Campan. *d. cap. 4. num. 4.* Mauric. Alzed. *d. part. 1. cap. 3. num. 24.* idiomate nostro vulgari solemus dicere, *Pralado sem letras, Nao sem leme, Relogio sem peza, Galinza sem azas.* Latine, *Prælatus sine litteris, navis sine clavo: horologium sine aquilibriis, gallina* Barbos. *de Episcop. Pars 1 L.*

sine alis. Nam si omnino illiteratus in Episcopum pro noveretur, sanè ab Episcopatu amovendus esset, quemadmodum amotus fuit Episcopus Calinensis ab Honorio III. de quo *in cap. fin. de atar. & qualis.* toleraretur tamen si ex longo usu, & rerum experientia sciat rectè exercere omnia ad Episcopatum necessaria, vel si charitatis perfectio scientiæ defectum suppleat, ut per Hojedam *de incomp. benef. p. 1. c. 24. n. 32. & 33.* Majol. *de irreg. c. 32. n. 4. & 10.*

Ad Episcopatus culmen ex Concil. Agathensi *c. 16. & 17.* nemo promoveri potest ante annum trigessimum, habetur *in cap. quicumque, 77. dist.* Postmodum verò ex Constit. Alexandri III. in Concil. Lateranensi superadditum fuit, ut exegerit 30. *in cap. cum in cunctis, de elect.* Ita Cosmus *in pragmatic. sanction. de elect. cap. sicut, §. deinde, verb. legit. pag. 99. versa, Petr. Gregor. syntagm. Juris part. 1. lib. 17. c. 9. num. 22.* Menoch. *de arbitrar. cas. 427. num. 24.* Rebuff. *tract. de pacificis possessorib. n. 184.* Armend. *in additionibus ad recopil. legum Navarra ad lib. 1. tit. 2. l. 1. de atatibus, num. 18.* Franc. Leo *dict. c. 3. num. 7.* Henriq. *in sum. lib. 10. cap. 19. §. 3. & lib. 14. c. 9. in princ. vers. ad Episcopatum.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 5. in princip.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 28. num. 36.* Cardos. *in praxi Indicum, verb. Episcopus, num. 2.* Ludovic. Miranda *de ordin. judic. q. 4. art. 2. concl. 3.* Less. *de justit. tit. 2. cap. 34. dub. 20. num. 103.* Reginald. *in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. num. 163. vers. 1.* Vivian. *in praxi Juris patronatus, part. 2. lib. 6. cap. 7. n. 4.* Massobr. *in sua praxi habendi concursum, reg. 10. dub. 11. à num. 19. me citato in hoc loco, Castr. Palao in opere morali, tom. 2. tract. 13. disp. 4. punct. 3. num. 1.* Molfes. *in sum. Theologiae moralis, tract. 2. cap. 11. num. 4. & 5.* Filliuc. *tom. 3. tract. 41. c. 5. n. 32.* novissimè Balthal. *ab Angelis ad amhen. Presbyterum, C. de Episcopis & cleric. n. 1. pag. 51.* Stephan. Vveymis *ad Constitutiones 24. juris communis per Concil. Trident. innovatas, Const. 2. num. 3.* novissimè Alzed. *d. p. 1. cap. 3. num. 22.* Campanil. *in divers. Juris Canonici rub. 7. cap. 3. num. 3. & rub. 7. cap. 6. num. 44.* ubi ex Rebuff. *d. tract. de pacificis possessoribus, n. 184.* asserit † in Regno Franciæ (quod in omnibus Gallicanis Episcopatibus non habere locum credit) idoneum ad Episcopatum judicari, qui in vigesimo-septimo constitutus anno reperitur, ita commomentibus Concordatis inter Leonem X. & Galliæ Regem: & Petr. Gregor. *syntag. Juris part. 2. lib. 17. cap. 6. num. 16.* addit Regem Franciæ posse virum ætatis 17. annorum nominare summo Pont. ad Prælaturam obtinendam, dummodò alæ qualitates desideratæ adsint. Itaque non amplius satis est † at-

rigisse prædictos triginta annos, nisi explevisse pateat, ex Rebuff. *in praxi beneficiari, rubr. requisita ad collationem bonam, n. 37. & dict. tract. de pacific. possessorib. num. 184.* licet gloss. *in cap. unico, vers. com. plevierint, de atate & qualis. in 6.* dixerit Episcopum esse posse qui trigessimum ingressus est annum, ad id ducta auctoritate *d. cap. cum in cunctis,* cujus quidem verbum, *exegerit,* non petpendisse insinuat, quod sine dubio perfectum indicat tempus, idque tandem Constitutione sua Gregorius XIV. 15. Martii 1591. expressis declaravit verbis, *ibi, annum trigessimum explevisse, &c.*

Impubes autem si consecraretur Episcopus, nihil ageret, ex D. Thom. *ad 3. p. sum. q. 39. art. 2.* Henriq. *in sum. lib. 1. cap. 21. §. 4. & lib. 10. cap. 14. §. 3.* Sylvest. *verb. Ordo 4. num. 1.* Menoch. *de arbitrar. cent. 5. casu 429. num. 10.* eo quod in Episcopatu conferatur potestas vera circa Corpus mysticum Christi, & consequenter requiratur actus ipsius susipientis talem potestatem. Contrarium tamen resolvit Bonacina

de Sacram. disp. 8. q. un. punct. 6. n. 5. ex eo, quia multi sunt Episcopi titulares qui nullam habent curam animarum, aut Ecclesie administrationem; unde si Episcopus ante annum trigessimum consecratur non fiet irregularis, ex citatis per Suar. tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 29. Campan. rub. 7. c. 4. n. 17. Mar. Alter. de censur. tom. 2. disp. 10. c. 1. dub. 3. Bonacin. de censur. extra Bullam, disp. 3. q. 1. puncto 2. n. 10 & quod plus est, Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 3. n. 4. resoluit, quod si puer in cunis consecratur Episcopus, tenebit factum.

30 Adderem supradictis de scientia Episcopi, quod in assecutione Episcopatus, Canonista Theologo preferendus est, si doctus & prudens sit, habeatque quandam Theologie peritiam, præcipue ubi hæreses non pullulant. Ita Henriq. in sum. lib. 10. c. 33. §. 2. in com. littera E, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 28. q. 10. Fr. Eman. q. Regularium tom. 1. q. 11. art. 4. Bobadil. in sua politica. lib. 1. c. 6. n. 14. plures refert Cened. ad decretum collect. 51. n. 5. Quintil. Mandol. ad l. 16. Cancell. q. 16. sub n. 5. vers. contrarium tamen, cum seqq. optimè Lotter. de re benef. lib. 3. q. 7. n. 96. cum seq. Alzed. d. p. 1. c. 3. n. 25.

31 Sed in his quæ pertinent ad forum conscientie Theologi præferuntur Canonistis, in aliis verò pertinentibus ad forum iudiciale, & censuras, ac pœnas Ecclesiasticas, Canonistæ Theologis præferri debent, ut per Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. 71. n. 49. Fr. Eman. d. art. 4. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 17. q. 3. & p. 3. lib. 1. cap. 3. q. 4. nam ut dicit Lotter. q. 7. num. 97. Theologus non est tanti, ut sine Iuris Canonici facultate possit Jus divinum, quantum pertinet ad moralitatem, interpretari, & in hoc præstantior est Iuris Canonici Doctor.

32 Requiritur deinde, ut Episcopus legitimo sit Matrimonio natus, ut decidit Concil. Trident. sess. de reform. c. 1. illegitimum namque sine Papæ speciali dispensatione (quam vix ad Episcopatus obtinendos concepit) inhabilem esse ut ad Episcopatum assumatur, probant textus in cap. cum Vvitionien, Ecclesia, de elect. glos. in c. grandi, verb. legitimo, de suppl. neglig. Pralator. lib. 6. Franc. Leo in Thesaur. fori Ecclesiastici, p. 1. c. 3. n. 8. Bertachin. de Episcopo, lib. 2. de causa mater. Episcop. n. 81. Vgolin. de officio Episcopi p. 1. c. 1. §. 1. n. 5. Iacob. de Graff in aureis decis. lib. 3. c. 2. n. 12. Mauric. de Alzed. de præcellentia Episcop. dignit. p. 1. c. 3. n. 16.

33 Legitimos verò per subsequens matrimonium ad Episcopatus absque aliqua dispensatione promoveri posse, arg. text. in c. tanta, qui filii sint legitimi, tenent Peregrin. de fideicom. articul. 34. num. 12. Covarr. de sponsalib. part. 2. c. 8. §. 2. num. 24. Menoch. conf. 16. n. 5. & 27. & conf. 799. n. 12. Franc. Leo d. p. 1. c. 9. n. 14. Fr. Eman. in sum. tom. 1. cap. 67. n. 6. me citato in hoc loco, Mauric. Alzed. d. p. 1. c. 3. n. 18. Suar. tom. 5. de censur. disp. 50. sect. 5. à n. 10. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 2. n. 18. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 2. cap. 14. q. 14. Campan. in divers. juris Canonici rub. 12. c. 13. num. 123. Basil. Pont. de Matrim. lib. 1. cap. 11. num. 5. Sanctarell. var. resolut. quæst. 42. n. 18. Ego ipse in collectan. ad cap. tanta, n. 24. qui filii sint leg. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 12. cap. 3. q. 11. suppos. 4. Defectus enim nataliū tollitur per subsequens matrimonium, ut latè probat Marchin. post hæc scripta, & non semel impressa in lucem editus, in tract. de sacram. Ordinis. tract. 1. part. 10. cap. 1. à num. 20. Ioan. Baptist. Lup. de illegitim. & natur. comment. 4. §. 3. n. 8. Matienf. l. 10. gloss. 3. n. 3. & 11. tit. 8. lib. 5. nova Recop. Montealgre de exercit. præct. action. lib. 2. cap. 1. §. 3. n. 6. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. num. 70. Trentacinq. var. resolut.

lib. 1. tit. de legitim. resol. 1. n. 18. Gall. de except. tit. 1. part. 1. except. 2. n. 22. & 23. Paschal. de viribus patria potest. p. 2. cap. 4. n. 58. Ratio est, quia legitimi per subsequens matrimonium ea omnia per consequens possunt, quæ sunt Iuris Civilis, ut per text. in l. cum ex oratione ff. de excusat. tutor. & in l. 4. & fin. tit. 13. p. 4. resolvunt Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 21. n. 11. Ioan. Borcholt. in tract. de feudis, cap. 1. n. 19. post med. Franc. Ferrer. ad constit. de los impubes, sub rub. de substit. gloss. 6. n. 80. & 93. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 243. n. 72. & cap. 751. n. 12. & cap. 754. n. 15. & 16. cum huiusmodi legitimitas naturam imitetur, Surd. de aliment. tit. 2. q. 15. n. 32. & tit. 8. privil. 67. num. 5. & 10. & sic legitimitas primordia habeant naturalia, idem Surd. tit. 9. 111. n. 7. unde eos iure esse legitimos, tenent Surd. d. q. 111. n. 10. & tit. 8. privil. 67. n. 8. Anel. Gall. de except. 2. p. 1. n. 1. & 14. Mieres de major. p. 2. q. 1. n. 12. ad med. Ioan. Garc. de nobilit. gloss. 21. n. 62. Fr. Basil. de matrim. lib. 11. c. 11. n. 2. & 3.

Neque obstat argumentum, ex quo contrarium tenuit Raymund. quem refert Abb. in cap. ad extir. pandas, in fine, de filiis Presbyter. & sequitur Majol. de irregularit. lib. 1. c. 4. n. 13. scilicet ex text. in d. c. cum in cunctis, in princ. de elect. ubi requiritur ut quis fiat Episcopus, quod ex legitimo matrimonio natus sit: nam ex d. c. tanta, in pr. ibi, post contractum Matrimonium legitimi habeantur, junctis verbis præcedentibus, notant Doctores communiter & legitimitatem, quæ fit per subsequens matrimonium, Iuris fictione retrahi ad tempus nativitatis, ita ut qui antea illegitimè nati sunt, per Matrimonium postea subsequutum non solum ex tunc legitimi fiant, sed ante, & tempore nativitatis habeantur legitimi, ut notant Anton. num. 2. & 4. Card. n. 2. Abb. n. 7. Anchar. n. 10. in d. c. tanta, idem Anchar. conf. 223. Dec. in d. cap. cum in cunctis, n. 11. de elect. quod ex Legitimitate docuit Bart. in l. 2. n. 10. ff. de vulgari, quos refert Tiraquel. de primogen. q. 34. n. 34. & post Fortun. Garciam, in §. & quid sit antum, n. 17. tenent Covarr. de sponsalib. p. 2. c. 8. §. 20. num. 26. Mantica de coniect. ultim. voluntat. lib. 11. tit. 12. n. 18. Roland. à Valle conf. 10. n. 14. volum. 2. Surd. conf. 309. n. 24. Campanil. d. n. 127. Bellet. d. §. 3. num. 20. Et quod magis est, in legitimatione per subsequens matrimonium illud tempus attendendum est, quod magis proli prodesse poterit, sive illud sit conceptionis, sive nativitatis, ut per l. nuper. C. de natural. liber. resolvunt Fachin. controvers. lib. 3. c. 50. Sayr. de censur. lib. 6. c. 10. n. 29. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 7. num. 19. & dist. 34. n. 47. Basil. Pont. in simili tractatu, lib. 11. cap. 3. Marchin. d. tract. 1. p. 10. c. 1. num. 37. cum seq. Ioan. Borcholt. in tract. de feudis, cap. 7. n. 19. à n. 52. ad fin. Paschal. d. part. 2. c. 4. n. 57. & 58. Ceval. com. contra com. q. 606. n. 6. qui plura fundamenta pro hac parte adducunt, licet contrarium defendant Peregrin. de fideicom. art. 24. n. 34. Fachin. controvers. lib. 4. c. 54.

Magis fortasse obstat text. in cap. innotuit, de elect. ex quo constat M. de quo ibi, susceptum fuisse ex soluto & soluta, & ex integra textus apparet post quadriennium inter parentes matrimonium fuisse subsequutum, ut refert Anton. August. collect. ad Decretal. tit. 6. c. 5. & colligi videtur ex corpore Iuris Canonici sine glossis Venetiis, & alibi impresso post annum 1587. ubi post illa verba quasi furtim legitur: quod facto cum ipsa infra quadriennium à nativitate ipsius matrimonium contraxit. Sed respondebis ea verba in Gregor. IX. compilatione non reperiri; ex antiqua verò fide, non facere, juxta ejusdem Gregor. proœmium, nec originalia, quæ referuntur, inter se consonant; nam apud Anton. August. legitur,

34 *et ipsam infra quadriennium à nativitate ipsius matrimonium contraxit quæ Grammatica vitiosa est, legendum videbatur, hæc ipsa, & tunc nihil nobiscum pugnat: cum enim concludit eam contraxisse matrimonium cum milite, ex quo M. filium suscepit, in integra verò apposita in corpore Iuris Canonici legitur, cum qua postea matrimonium contraxit, quæ si vera esset, nostram resolutionem destrueret: sed non probatur unde sumpta fuerit, & videtur cum verbis præcedentibus, quæ in textu remanserunt, ex diametro pugnare, ibi: idem quoque M. adiicit, quod nunquam pater ejus habuit uxorem, unde fit ea verba omissa fuisse in nostra compilatione, quia à patre allegabantur: sed tamen minimè sunt probata. Potuit enim Pontifex in decisione ea commemorare ad dispensationem petitam justificandam inter alias causas, quas adduxit: verosimilior est littera Anton. August. si ipsa, legas, non ipsam, quia consonat verbis versiculi præced. & nostram resolutionem non offendit. Ad Cardinalatus tamen celsitudinem filii legitimitati per subsequens matrimonium non posse ascendere statuit Sixtus V. in sua Const. 50. quæ incip. Postquam, de qua Sayr. de censur. lib. 6. c. 10. num. 13. & 14. Beller. d. §. 3. n. 22. Henriq. lib. 11. c. 20. n. 2. Campan. d. c. 13. n. 128. ad fin. Fular. de substit. q. 409. n. 8.*

36 Oportet etiam promovendum ad Episcopatum in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutum fuisse, ex Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 2. tradunt Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 3. num. 9. Camp. in divers. Juris Canon. rub. 7. c. 6. num. 45. Vgolin. de officio Episcopi, part. 1. cap. 1. §. 2. num. 1. Mauric. Alzed. d. part. 1. cap. 3. num. 28. & c. 4. num. 3. Didac. de Arroyo de Sacram. cap. de Episcop. num. 6. † Sed per Bullam Gregorii XIV. publicatam 15. Maii 1590. cum plurali numero utatur, sicut etiam utitur text. in c. à multis, de etate & qualit. oporteret omnibus Sacris initiatum fuisse ante sex menses; quemadmodum & ante Concilium disposuerat text. in c. Osus, 61. dist. ibi, sed non eligitur aliquis, nisi in sacris Ordinibus constitutus: ita Campan. d. tr. rub. 11. c. 7. n. 8.

38 Si verò Sacerdotium non præcesserit, valida tamen erit Ordinis Episcopalis collatio; etenim præposteratio in collatione Ordinum non vitiat, licet executionem impediatur: ita post Ioan. Andr. Anchar. & alios Rendina prompt. recept. sent. rub. 38. num. 6. Fornar. de sacram. Ordinis num. 5. cap. 6. Campan. d. tr. rub. 10. c. unic. n. 3. Cov. lib. 1. var. c. 10. n. 16. me citato in hoc loco, Alzed. d. p. 1. cap. 4. n. 4. post glos. & Doctores in cap. sollicitudo, §. 2. dist. Quamvis contrarium, imò Episcopalem Ordinem non suscipere, qui Sacerdotio caret, teneant gloss. fin. in cap. unic. de clerico per saltum promot. D. Th. in 4. sentent. dist. 24. Borg. de irregul. p. 5. rub. de clerico per saltum prom. n. 5. Sylvest. verb. Ordo 2. n. 1. Emm. Sà eod. verb. n. 25. Majol. de irreg. lib. 4. cap. 12. num. 3. Henriq. in sum. lib. 10. c. 7. §. 1. Azor. p. 2. lib. 3. c. 30. quas. 9. Salzed. ad Bern. cap. 24. addit. 1. Suar. d. loco, num. 53. Bonacin. de censur. extra Bull. disputat. 3. quas. 1. puncto 2. num. 7.

39 Deinde consecrationis munus Episcopi suscipere tenentur infra tres menses sub pœna amissionis fructuum, & negligentes per alios tres menses Ecclesiis sunt jure privati, cap. quoniam, 75. distinct. cap. quoniam, 10. dist. Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 2. de quo Navar. in man. c. 25. num. 118. vers. 8. Bertachin. de Episcopo, tract. 2. lib. 3. quas. 1. fol. 82. Rendina in prompt. recept. sent. sit. 38. n. 13. Iacob. de Graffis in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 97. n. 52. Zetola in praxi Episcop. part. 1. verb. consecratio Prælatorum, pag. 89. Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. Barbol. de Episcop. Pars II.

p. 1. c. 3. n. 22. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 743. Gonzal. ad reg. §. Canc. gloss. 24. n. 141. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 58. Campan. in diversorio Juris Canonici, rub. 6. cap. 6. num. 9. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 2. in princ. à n. 2. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 15. n. 13. Cardos. in praxi judicum, verb. consecratio, num. 3. & verb. Episcopus, n. 6. me citato in hoc loco, Alzed. d. p. 1. cap. 4. n. 2. Galgan. de Iure publico, lib. 3. tit. 108. Suar. de legib. lib. 5. cap. 8. num. 13. Valq. in opusculo de benefic. c. 3. §. 3. n. 27. Molfes. in sum. Moralis Theologia, tract. 6. c. 7. n. 4.

Illudque trimestre tempus exorditur à die confirmationis, juxta gloss. in c. cum in cunctis, §. cum verò, vers. tempore, de elect. & resoluta per Flamin. de resignat. lib. 7. quas. 1. n. 92. in terminis Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 13. ubi in puncto tradit tres illos menses non esse computandos à die electionis, sed à die confirmationis, nisi negligens fuerit ad petendam confirmationem; quia tunc computandi erunt à die electionis, & post Turrect. in cap. quoniam, dist. 100. intelligit nisi necessitas cogat amplius differre, veluti propter morbum Episcopi consecrandi, vel si impediatur ab hoste. Nec obstat text. † in cap. Ordinationes, il. §. tempus, 75. dist. dum præcipit ne consecratio ultra tres menses post electionem protrahatur, quia intelligitur de electione confirmata, juxta ea quæ ibi tradunt Archid. & Gemin. aut de electione Papæ, cujus provisio electionis, & confirmationis locum habet, ut per Abb. in c. cum cunctis, §. cum verò, num. 3. & in cap. eam te, num. 3. de rescript. & in c. nosti, num. 4. de elect. Francisc. Marc. Delphin. decis. 1394. & decis. 1395. etiam n. 3. Cætera de confirmatione habes supra hac p. 1. tit. 1. c. 4.

Consecrationi Episcoporum Canones constituerunt peculiare tempus, scilicet diem Dominicam, cap. qui in aliquo, §. 1. dist. Sanch. d. dub. 15. num. 14. Petr. Gregor. syntag. juris p. 2. lib. 17. cap. 14. num. 10. Alzed. d. part. 1. c. 4. n. 9. Suar. de cens. disp. 31. sect. 1. num. 30. Bonacin. d. quas. 1. part. 3. num. 3. Nec obstat † cap. quo die, 75. dist. dum præcipit benedictionem consecrandis non nisi in die Dominica Resurrectionis tribui, quia respondetur, quod Dominicam diem ob venerabilem Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in Paschate celebramus, verum etiam per singulas hebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus, cap. sabbato, de consecrat. dist. 3. & propterea visum est Dominicam celebrari, in memoriam continuam Paschæ, Henriq. in summa lib. 9. c. 25. §. 1. in commento lit. D. Hinc videtur, quod si die Sabbato factus sit Sacerdos, die Dominico immediate sequenti in Episcopum consecrari potest, gloss. in c. quod à Patribus, in fin. dist. 75. Sylvest. verb. Ordo 2. quas. 6. dicto 2. Sanch. d. dub. 15. n. 15. Vnde si ex dispensatione, vel aliàs liceret die Dominica consecrari Sacerdotem, non est alicubi vetitum eadem die consecrari Episcopum, ut firmat idem Sanch. d. num. 15. in fine. Quicquid dicat Campan. in divers. Juris Canon. rub. 6. c. 4. n. 5.

Locus autem idoneus pro illorum consecratione est Ecclesia, quam Metropolitanò placet eligere, cap. fin. §. 1. dist. Concil. Trident. dist. c. 2. nisi consuetudo probata aliud haberet in usu, Sylvest. verb. Consecratio 1. num. 3. Henriq. in sum. lib. 10. c. 23. §. 5. in princ. Lessius de justit. lib. 2. c. 34. n. 103. Vgolin. de officio Episcopi c. 2. in princ. n. 4.

Hæc tamen consecratio à minori numero, quam trium Episcoporum, fieri minimè debet, saltem necessitate præcepti, c. Archiepiscopus, de tempor. ordin. cap. 1. 64. dist. Henriq. d. lib. 10. c. 24. §. 1. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. quas. 48. num. 13. Marc. Ant. Genuens. in praxi Curia Archiep. Neapol. c. 70. n. 26.

ubi num. 27. resolvit etiam per text. in d. cap. Archiepiscopus, vocatos suffraganeos ab Archiepiscopo pro consecratione alterius Suffraganei, teneri accedere. Vgolin. part. 1. cap. 2. num. 5. Alzed. d. part. 1. c. 4. n. 11. Sanchez d. lib. 7. cap. 1. dub. 15. num. 10. ubi num. 17. subdit quod ¶ unus Episcopus principaliter totam consecrationem perficit; & alii sunt quasi coadjutores: & à n. 25. disputat an sit de essentia, & necessitate Sacramenti, quod consecratio fiat à tribus Episcopis.

De consecratione Episcopi latè diximus supra tit. 1. cap. 4.

47 Circa vestes, quibus Episcopi uti possunt, est advertendum, in omni loco uti posse vestimentis violacei coloris, rubeis transversis, Cærem. Episc. lib. 1. cap. 1. & 2. Lancel. in templo omnium Iudicum, lib. 2. c. 5. §. 3. n. 14. Ioan. Garc. de nobilit. gl. 48. §. 3. n. 52. Hieron. Venoro. de examine Episcop. lib. 4. c. 71. n. 1. ac Rochetto, quod est indumentum lineum & album, cleric. de vita & honest. cleric. l. 39. tit. 5. p. 1. Ioan. Trull. in reg. Canonic. Regular. lib. 1. c. 23. Lancell. ubi supra n. 11. cum hoc tamen temperamento, quod in propria dicecesi incedunt Rochetto discooperto, extra dicecesim verò vel in præsentia Legati de Latere portant Mantellum ad Rochettum cooperiendum: nam loco Mantelleti in propria dicecesi utuntur Mozzetta supra Rochettum, Cærem. Episcop. lib. 1. c. 1. & 2. Vgolin. de officio Episc. p. 1. cap. 3. num. 6.

48 Galero nigro laneo, serico viridi suffulto uti possunt cum chordulis, ac floccis sericis, viridibusque, quamvis Episcopus sit Regularis, Cærem. Episcop. d. loco, Hieron. Vener. d. lib. 4. c. 17. n. 1. & infra alleg. 6. n. 9. Adverto quod debent habere galerum duplicis formæ, unum quo in solemnibus equitationibus utantur, alterum simpliciore, utrumque tamen ex lana, & serico viridi exornatum, & possunt portare anulum gemmatum in quarto digito à pollice manus sinistra, cap. cleric. de vita & honest. cleric. Lancel. d. lib. 2. c. 5. n. 4. Petr. Greg. syntagm. Iuris part. 1. lib. 5. cap. 12. n. 39.

49 Extra dicecesim igitur sine licentia Ordinarii loci poterit Episcopus portare Rochettum coopertum cum Mantelletto, Mozzettam, galerum cum chordulis, ac floccis viridibus, & sericis, anulum gemmatum, & cappam longam, & facere sibi deferri à capellano caudam; ista enim non superioritatem, sed gravitatem denotant, ut ex eis, & raro ac moderato gressu gravitatem ostendit mentis, Lancell. lib. 1. c. 5. n. 17. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 467. in fin. tom. 3.

50 Quid autem dicendum sit de Episcopis Regularibus. Vide quæ dixi p. 1. tit. 1. c. 4. n. 26. cum seqq.

ALLEGATIO II.

Episcopus circa Ordinis Sacramentum in communi quæ considerare debeat?

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur, qui de Sacramento Ordinis scripserunt.
- 2 Ordinis Sacramentum à Christo domino institutum.
- 3 Ordinis Sacramentum gratiam confert, ut reliqua Sacramenta.
- 4 Characterem imprimat sicut Baptismus, & Confirmatio.
- 5 Ordinatus absoluta coactione compulsus non recipit characterem.

- 6 Ordinatus conditionali adductus coactione, permittens sibi Ordines conferri, characterem recipit.
- 7 Excommunicatus si ordinetur, characterem recipit.
Ad Ordinis sacramentum cogi nemo potest, ibidem.
- 8 Ordinis Sacramentum nequit accipere, qui aqua Baptismi regeneratus non fuerit.
- 9 Baptizatum se credens, cum revera non fuerit, si Ordines procuraverit, an eos recipiat, Christiane corpus celebrando conficiat? & n. 10.
- 11 Inhabilitas procedens de Iure divino, suppleri non potest.
- 12 Absolutio Sacramentalis præstita à non Sacerdote, qui tamen communiter pro Sacerdote habebatur, nulla est.
- 12 Absolutio Sacramentalis etiam in mortis articulo à non Sacerdote valide præstari non potest, etiam si desit Sacerdos.
- 14 Ordinis Sacramentum non confirmato dari non prohibet Concil. Trid. procedit tamen de necessitate præcepti, non de necessitate Sacramenti.
- 15 Ordinis Sacramentum recipiens non præmissa Confirmatione, extra negligentiam, & citra contemptum, non peccat mortaliter, nec aliquam incurrit irregularitatem.
Puer ante usum rationis, vel amens, an valide possit ordinari? ibid.
Hermaphroditus an ordinari valeat? ibid.
- 16 Gradus, quos continet Ordo sunt nomen, secundum Canonistas.
- 17 Clericum prima Tonsura percutiens incurrit excommunicationem can. si quis suadente 17. q. 4.
- 18 Prima Tonsura propriè Ordo non dicitur, sunt reliqui.
- 19 Ordines singuli an sint Sacramenta? ostenditur, & num. 20. & 21.
- 22 Ordines Sacri qui, & quare sic dicantur?
- 23 Ordines minores quare sacri non dicantur?
- 24 Ordines majores, & minores in quibus differant?



DE Sacramento Ordinis, ejusque materia agunt Theologi in 4. dist. 24. ubi DD. Sor. Durand. Bonav. Palud. Richard. & alii, ac Summistæ verb. Ordo, & ex modernis Barthol. à Ledesma in sum. de Sacrament. ubi de sacramento Ordinis, Vivald. in Candelabro aureo, tit. de sacramento Ordinis, Martin. Fornarius de Ordine, Zerola in praxi Episcop. part. 1. & 2. verb. Ordo, Henriq. in summ. part. 2. lib. 10. de Ordinis sacramento, Stephan. Quaranta in summa Bullarii, verb. Ordo, Cardin. Tusch. practic. conclus. lit. O, conclus. 189. Petr. de Ledesma in sum. part. 1. ubi de sacramento Ordinis, Valquez in 3. part. D. Thomæ tom. 9. disp. 235. cum seqq. Valent. tom. 4. disput. 9. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. Egid. de Coninch de Sacramentis & censuris, tom. 2. disput. 20. Balduin. Iuin. super opera controvers. Bellarm. p. 2. lib. 5. c. 3. & 4. Th. Valalc. tom. 1. alleg. super varias materias, alleg. 1. cum seqq. novissimè post aliquas hujus tract. impressiones à me visus Philibert. Marchin. de sacram. Ordinis. Bonacina de Sacrament. disput. 8. Pialec. in praxi nova Episc. p. 1. c. 1. de conferendis Ordinibus, unum pro omnibus studio commendo lectori, Reverendiss. scilicet D. Hieron. Campanilli Episcopum Laquedonensem, qui in laborioso, ac doctissimo Opere suo inscripto, diversorium Juris Canonici, multa ad ordines, beneficiaque pertinentia subtiliter & eleganter melius quam omnes tractavit, Miranda in manuali Prælator. part. 1. q. 38. cum seq. Fernandez in examine Theologia moralis, p. 3. c. 11. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi, c. 26. Vincent. Filliuc. quest. moral. tract. 9. novissimè

Torreblanca in practicab. Iuris spiritualis, lib. 2. c. 2. cum seq.

2 Ordinis sacramentum fuit institutum à Christo Domino Salvatore nostro, ut de Fide definiuit Concil. Trident. sess. 23. de sacram. Ordinis, cap. 2. tradunt Jacob. de Graff. in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 9. num. 4. Vivald. in candel. aureo. tit. de sacram. Ordinis num. 5. Thom. Valasc. d. tom. 1. alleg. 2. num. 3. Sayr. de Sacramentis in genere, lib. 2. q. 3. art. 1. vers. de Sacram. Ordinis, Victoria de Sacramentis n. 226. ad fin. Henriq. in sum. lib. 10. in proæ. §. 2. littera M, & c. 2. num. 6. Piafec. in praxi nova Episcopali, part. 1. c. 1. de conferendis Ordinibus n. 1. pag. 25. Valent. tom. 4. disp. 9. quest. 1. punct. 4. Valq. tom. 3. disp. 239. Valerius Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 30. à n. 3. Coniok. de Sacram. & censur. tom. 1. quest. 83. n. 106. Bonacina de Sacram. disp. 8. quest. unica. punct. 1. n. 7. Torreblanca d. lib. 2. c. 12. n. 4. Filliuc. tom. 1. tract. 9. cap. 1. num. 3. Institutum est autem Ordinis Sacramentum præcipuè propter Sacerdotium; Sactificium enim & Sacramentum ita Dei ordinatione conjuncta sunt, ut utrumque in omni lege semper exiterit, Concil. Trident. sess. 23. de Sacram. Ordinis, cap. 3. Vnde Christus Dominus in novo Testamento cum Eucharistiæ sacrificio etiam Sacerdotium instituit, quando Apostolis, & eorum successoribus potestatem tradidit consecrandi corpus, & Sanguinem suum, necnon & peccata dimittendi, ac retinendi. Cum autem divina res tanti sit Sacerdotii ministerium, ut inquit Concil. Trident. d. c. 2. consentaneum fuit quo dignius, ac majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia plures & diversi essent ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent, ita videlicet distincti, ut qui jam clericali Tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent. Hinc namque Diaconorum, & aliorum ministrorum exorta sunt nomina, de quorum officiis, ac ministerio infra tractabimus alleg. 11. & Dionysius Papa in epist. ad Severum Episcopum, relatus in cap. fin. 89. dist. licet Gregorio, & Bonifacio adscribatur, inquit: Ad hoc divina dispensatione constitutum esse gradus diversos, & ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, ac potiores minoribus dilectionem impenderent una concordia fieret ex diversitate contentio, & rectè officiorum generaretur administratio singulorum: neq; universitas alia poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiam ordo servaret, sicut in cælesti Angelorum militia advertere possumus. Hæc ille. Si quis enim (inquit. Concil. Trident. d. sess. 23. de Sacramento Ordinis, c. 4.) omnes Christianos promiscuè novi Testamenti Sacerdotes esse, aut omnes pari inter se potestate spirituali præditos affirmet, nihil aliud facere videtur quàm Ecclesiasticam Hierarchiam, quæ est ut castrorum acies ordinata confundere. Sacerdoti igitur ipsum à Christo Domino originem, & institutionem trahit, ut diximus. Diaconatus vero ab Apostolis Act. 6. fuit institutus, Subdiaconatus quoque & alii minores Ordines ab ipsis Apost. & ab eorū primis successoribus introducti fuerunt, cap. 1. & ibi gloss. verb. Subdiaconos, 35. distinct. Concil. Trident. sess. 23. de Sacramento Ordinis, cap. 2. Omnes verò Ordines à Christo instituti dicuntur, quia omnium Ordinum officia in seipso quammodo gessisse probatur.

3 Hoc Sacramentum Ordinis gratiam conferre, ut reliqua Sacramenta, probat Apost. 1. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetam cum impositione manuum Presbyterii, & alibi: Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ in te est per impositionem manuum mearum, definiuit Concil. Trid. sess. 23. de Sacram. Ordinis, c. 3. ibi gra-

tiam conferre dubitare nemo potest. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 5. cap. 1. quas. unic. art. 2. vers. de Sacram. Ordinis, Henriq. in sum. lib. 10. c. 1. §. 3. lit. R, & c. 14. in princip. Valer. Reginald. d. lib. 10. tract. 1. n. 16. novissimè Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. p. 3. c. 1. Gaëta in c. ad limina 30. q. 1. ex n. 10. novissimè Torreblanca d. lib. 2. cap. 9. n. 19.

Præterea imprimis characterem sicut Baptismus & Confirmatio in singulis Ordinibus in anima suscipientis; id est, quandam spirituales animæ qualitatem, quod quidem fit susceptione illius signi exterioris, ad quod concurrunt alicujus instrumenti traditio, & expressio verborum, ut infra alleg. 11. Unde duplex signum clericorum notatur, interius & exterius: interius est character, exterius est censura: vide Concil. Trident. d. sess. 23. c. 4. Victor. de Sacram. Ordinis, n. 232. Magist. in 4. dist. 35. quest. 1. cum sequentib. Henriquez in sum. lib. 10. c. 7. in princ. & c. 14. §. 2. lit. P. Bellec. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 3. n. 2. Piafec. in praxi nova Episcopali, part. 1. n. 52. pag. 60. Valq. in 3. partem D. Thom. tom. 3. disp. 243. à num. 2. & disp. 244. n. 17. Bellarm. part. 1. lib. 4. cap. 10. vers. septimò Ordo Sacerdotum est & tom. 2. lib. unico de sacram. Ordinis, c. 10. Balduin. Jun. super opera controuv. Bellarmin. part. 1. lib. 3. cap. 11. vers. 7. Reginald. d. lib. 30. n. 3. vers. quod attinet, & num. 16. vers. & idem. Bonacina d. quest. unica, punct. 6. num. 3. Filliuc. tract. 9. n. 54. me citatò in hoc loco, Torreblanca d. lib. 2. cap. 12. num. 18. novissimè Philibert. Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. part. 3. c. 4. cum seq. novissimè etiam Sanch. in opuscul. moralib. lib. 7. dub. 1. num. 4. hinc Cardoso. in praxi Judicum, verb. Sacramentum Ordinis, n. 50. tenet clericum resuscitatum etiam remanere ordinatum (quamvis aliud sit in Religioso, & uxorato) quoniam ille character, qui in anima imprimitur ordinato, est indelibilis, & nunquam extinguitur, nec post mortem anima relinquit effectum consecrationis.

Qui tamen absoluta coactione compulsus promovetur, nempe si vi teneatur, & ordinetur, is utique Ordinem minimè recipit, ejusque animæ talis ordinatio non relinquit indelibile signum, gloss. in c. unico, verb. discretionis, in fine, de clerico per saltum promotò, Angel. verb. coactio n. 1. Sylvest. verb. Ordo 4. n. 1. vers. secunda.

Promotus tamen conditionali adductis coactione, scilicet qui ut mortem vitaret, aut ne aliam sibi comminatum pœnam patiat, Ordines sibi confecti permittit, utique recipit characterem, quod omnes affirmant, & concludit gloss. verb. vel aliquod, in Clem. in plerisque, de elect. Paul. Comitòl. respons. moralium lib. 1. q. 45. post n. 1.

Excommunicatum, si Ordinem susceperit, characterem quoque recipere resolvit Campanil. in divers. Iuris Canonici, rub. 11. c. 15. n. 140.

Sacramentum Ordinis est sacramentum voluntatis, neminemque ad illud cogi posse, probant text. in c. gesta, 74. distinct. & in c. quamvis, de arat. & qual. Lambert. de jure patr. part. 1. lib. 2. art. 18. quest. 7. princip. num. 4. nisi in casu necessitatis, cum v. g. in Rep. Christiana defecerint clerici, qui Sacramenta administrarent; quia tunc poterunt compelli laici prudentes, & digni ab Ordinariis Ecclesiasticis, ut ordinentur, & ministri fiant Sacramentorum, Hojedda de incom. benef. parte 2. cap. 9. numer. ult. Lambert. ubi proxime, num. 6. vers. fallit. Henriq. in sum. lib. 10. c. 5. §. 3.

Ad hoc sacramentum Ordinis nequit ascendere, qui aqua Baptismi regeneratus non fuerit, quippe si promoveri tentaverit, nihil profectò agit, ac nec Ordinem quidem accipit, cap. 1. de Presbyt. non baptizato

vizato, Cardof. in *praxi iudicium, verb. Sacramentum Ordinis, num. 8.* novissimè Marchin. *de sacram. Ordinis tr. 1. p. 4. c. 3.* Sed ille, qui natus est inter Christianos, & inter eisdem conversatus, non dubitandum illum esse baptizatum, quousque evidentissimis argumentis contrarium appareat, ex text. in *cap. fin. de Presbyt. non baptiz.* etiamsi sit expositus, dammodo viginti, vel plures dies natus appareat habere, ut tradit Henriq. in *sum. lib. 2. c. 31. §. 1.*

9 Qui verò non baptizatus, se tamen baptizatum credens Ordines procuravit assumere, dubitatur an illos receperit, Christi corpus celebrando conficiat, quod sibi, aliisque profit tanquam Sacramentum? Et hunc Sacerdotio insignitum conficere non in virtute sua, sed Ecclesie, putat Angel. *verb. Baptismus 7. num. 12. Glos. verò final. in cap. Apost. de Presbyt. non bapt.* arbitratur istum non esse Sacerdotem, neque conficere, sed bene quoad se, qui credebatur conficere, & quoad alios idem credentes tanquam verum Sacramentum conficere, sibi, & recipientibus prodesse. At verò D. Thom. in *4. sentent. dist. 24.* affirmat Ordinem non recipere, neque conficere, nec etiam absolvere, piè tamen credendum censet summum Sacerdotem quoad effectus Sacramentorum supplere, neque fore permissurum, hoc ita latere, cum inde maximum Ecclesie possit imminere periculum.

10 Ego tamen dicendum puto (salva semper S. Romanæ Ecclesie correctione) istum de facto non suscepisse, quamvis communi errore haberetur baptizatus: nec in contrarium me potest inducere glossa *vers. decepta, in cap. dudum 54. de elect.* propter instantiam, quam facit de Baptismo; quia respondetur quod licet Baptismus fluminis (sic per quandam metaphoricam tantum, non autem specificam significationem nuncupatus) ministratur à Spiritu Sancto invisibiliter ei, qui dum non habet facultatem suscipiendi verum Baptismi sacramentum, concipit tamen interiorem contritionem, cum propolio suscipiendi illud; sicque huiusmodi Baptismus fluminis ex sola dispositione operantis cum divino auxilio secum afferat gratiam sanctificantem, & remissionem peccati, itaut sic baptizatus nullum interrim patiatur animæ dispendium, juxta tradita per Suar. *tom. 3. de Sacram. quest. 66. dist. 22. sect. 1. ante finem,* tamen id contingeret non ex eo capite quod communiter habebatur baptizatus, nec ex permissione Ecclesie, sed ex vi prædictæ contritionis, prout etiam in terminis *d. cap. dudum,* dicendum est, penitentem ibi animæ dispendium non pati, imò gratiam sanctificantem obtinere, non ex vi absolutionis nullæ de facto præstitæ clerico, de quo in eo textu, sed ex vi prædictæ contritionis: nec communis terror, ac titulus putativus concurrere potest efficere, ut prædictus clericus validos Ordines accipiat,

11 † cum habitas hæc procedat de jure divino, quæ suppleri non potest etiam interveniente communi errore, de quo in *l. Barbarius. ff. de officio præsidis,* ibi, *cum etiam potuit Populus Rom. servo decernere hanc potestatem;* hi enim Legislatores non possunt supplere defectus Iuris divini, aut naturalis, ex *reg. text. in cap. cum inferior, de majorit. & obed. & ex text. in cap. sunt quidam, 25. q. 1. & tenent. Abb. in cap. 2. in fine. de Presbyt. non baptizato,* & aliis quos refert, & sequitur Mascard. *de probation. concl. 649. num. 98. & 99.*

12 Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 22. sub. n. 27.* † Sic etiã nulla erit absolutio Sacramentalis præstita à non Sacerdote, quamvis communiter existimetur Sacerdos; nam is patitur inhabilitatem de Iure divino, secundum quod soli Ordini Sacerdotali annexa est jurisdictio necessaria ad eam absolutionem ministrandam, ex text. in *cap. verbum, de pœnit. distinct. 1. Tri-*

dent. *sess. 14. de Sacrament. Pœnitentia, c. 10.* aded ut † nec in mortis articulo possit huiusmodi absolutio iuste, & validè præstari à non Sacerdote, etiamsi de-¹³ sit Sacerdos, ut post glossam *verb. mortis, in fine, in cap. pastoralis, §. præterea, de officio ordinarii,* observant Sot. in *4. distinct. 18. q. 4. art. 1. concl. 2. & 3.* Navarr. in *cap. 1. in princip. à n. 74. de Pœnit. dist. 6.* Vivald. in *candelabro aur. part. 1. tit. de absolutione, n. 74. & tit. de Confessione, à n. 30.* plures per Cened. ad *Decretum collect. 42. n. 3.*

Interdicitur quoque promotio cuicumque non confirmato in Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. c. 4. ibi, prima tonsura non initientur, qui Confirmationem non susceperint,* Pialec. in *praxi Episcop. part. 1. c. 1. n. 23. vers. ad minores,* Molfes. in *sum. moralis Theolog. tract. 2. c. 3. n. 25.* Homob. de Bonis de *examine Ecclesiastico, tract. 3. quas. 1. Marchin. d. tract. 1. p. 4. c. 3.* Zambran. *de casibus in artic. mortis, c. 2. dub. 3. num. 1.* Ordo enim characterem Confirmationis præsupponit de necessitate præcepti, non autem de necessitate Sacramenti. Ita Navar. in *man. cap. 22. num. 9.* Aloys. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast. post resol. 276. in notabilib. de materia sacramenti Ordinis,* Henriq. *lib. 10. c. 14. n. 2.* Fr. Emman. in *summ. part. 2. c. 17. sub. n. 10.* ac proinde Ordinis Sacramentum validè, sed non licitè conferri posse illi, qui non est confirmatus, docent Sot. in *4. dist. 22. q. 2. art. 4. prope fin.* Henriq. in *sum. l. 10. c. 14. §. 1. in com. lit. P. Valer. Regin. lib. 28. n. 24.* Bonac. *de sacram. disp. 8. q. unic. puncto 5. n. 9. in princ.* Novissimè Laurent. de Franchis in *controvers. inter Episcop. & Regul. pagin. 78. in resp. ad 15.*

Quinimò † si ex negligentia, & citra contemptum præmitteret quis Confirmationem recipere ante Ordines, hunc non peccare mortaliter, nec aliquam incurere irregularitatem, observant Navar. *d. num. 9.* Viç. *de sacram. Ordin. n. 232.* Vivald. in *candelab. aureo, tit. de confirmat. n. 4.* Pialec. in *praxi nova Episcopali, part. 1. c. 1. num. 24. vers. ad minores,* Greg. de Valent. *ad 3. partem D. Thom. disp. 5. quest. 2. puncto 2. vers. characterem,* Henriq. *de irregularit. lib. 14. c. 6. n. 3.* Suar. *tom. 3. disput. 38. sect. 1. & tom. 5. disput. 42. sect. 3. n. 14.* Fornar. *de Ordine c. 8. §. 7.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 48. quest. 1.* Molfes. in *sum. Theologia moral. tract. 2. c. 11. n. 7.* Zambran. *d. c. 2. dub. 3. n. 3.* Laurent. de Franchis in *d. resp. ad 15. in fine.* Fernandez in *examine Theolog. moral. part. 3. c. 3. §. 5.* Aloys. Ricc. in *praxi fori Ecclesiastici, resol. 269.* Galet. in *margarita casuum conscientie, verb. Ordo, pag. 194. col. 1.* Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 28. n. 24.* Coninch. *de Sacram. tom. 1. q. 72. art. 9. num. 90.* Bonacina *de Sacrament. disp. 8. quest. unica, punct. 5. n. 8. cum sequentibus,* me citatio in hoc loco. Homobon. *de examine Ecclesiast. tr. 12. c. 3. q. 15. supp. l. Anton. Diana moral. resol. tom. 1. tr. 16. miscel. resolut. 4. in fine, & part. 4. tract. 2. resol. 55. vers. nota etiam.*

An puer ante usum rationis, vel amens possit validè ordinari? Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda: in qua communis sententia obtinuit illos verè characterem accipere, ac proinde postquam puer ad annos discretionis pervenerit, vel postquam amens ad mentem venerit, non esse repetendam ordinationem. Ita colligitur ex *cap. unic. de clerico per saltum prom.* ubi ordinatus ante annos discretionis, permittitur ad Diaconatum elevari absque inferiorum Ordinum repetitione, S. Thom. in *4. dist. 25. quest. 2. art. 1. & 3.* Valent. *tom. 4. disp. 9. q. 4. puncto 1.* Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. tr. 30. sub. n. 30.* Valq. *tom. 3. in 3. p. disp. 246. n. 3.* Molfes. in *summ. Theolog. moral. tr. 2. c. 12. n. 1.* Marchin. *d. tr. 1. p. 4. c. 4.*

De Hermaphrodito dic quod si prævalet in fœmineo sexu, non potest validè ordinari, quia ut fœmina est habendus, l. *quaritur* 20. ff. *de statu homin.* Idem si æquè utrumque sexum participaret, Sylvest. in *sum. verb. hermaphroditus*, Nav. *conf. 8. de etate, & qualit. Ordin.* Avila *de censur. p. 7. disp. 3. dub. 5.* Et in his casibus cum hermaphroditus sit irregularis, vel ordinetur, opus est Apost. dispensatione, Navar. in *man. c. 27. num. 203.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 8. n. 25.* Suar. *de censur. disp. 23. sect. 3.* Valq. *tom. 3. in 3. p. disp. 245. cap. 2. num. 3.* Molfel. *d. tr. c. 1. n. 48.* Marchin. *d. tr. 1. p. 4. c. 2.*

16 Gradus autem, quos continet Ordo, sunt novem secundum nostros Canonistas, videlicet Psalmistatus, seu prima Tonsura, Ostiarius, Lectoratus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & Episcopatus. Ita illi in *c. cum contingat, de etate, & qualitate*, glos. in *proœmio Sexti Decretalium, verb. Episcopus*, glos. *final. in sum. 3. 2. dist. Covarr. in c. quia nos, num. 3. de testament. & hæc est verior opinio, ut dixi sup. alleg. 1. n. 18.* quo supposito dico primam Tonsuram esse clericatum, & Ordinem, ut probare videtur text. in *dicto c. cum contingat*, inquit per primam Tonsuram juxta ordinem Ecclesiæ datum, à talibus clericalem Ordinem conferri: Et confirmatur ratione illa, quia constitutione *c. non dubium, de sentent. excommunic. & can. si quis suadente*, 17. q. 4. probatur manus violentas in clericos injicientes incurrere sententiam excommunicationis, ligatur etiam percussus clericum tonsuratum, glos. *fin. in d. c. cum contingat*, Covar. Bellug. Gonzal. & plures alii, quos refert & sequitur Torreblanc. *de magia lib. 4. c. 6. de los Clerigos de Corona, numer. 50.* Rainer. *de excommunic. extra Bullam Cœna Domini, c. 9. vers. nota secundò.* Deinde Concil. Trident. *sess. 7. de reformat. c. 10.* quoad principalem dispositionem comprehendere primam Tonsuram, tenent Marc. Anton. Genues. in *praxi Archiepiscop. Neapolit. cap. 85. num. 15.* Majol. *de irregularit. lib. 4. c. 2. num. 3.* Nicol. Garcia *de benefic. part. 5. c. 7. num. 95.* ubi in additione dicit ita accepisse à D. Fagnano Secretario Sacræ Congreg. Concilii Tridentini. Paterea sub verbo *Ordo*, seu *Ordines*, & *Ordinare*, generaliter, & absolute prolato, venire Tonsuram, tam in Jure, quam in Concil. Trident. ut in *c. 1. sess. 21. de reformat. & c. 3. 7. & 9. c. 8. sess. 23. vers. unusquisque autem*, refert Garcia *de benefic. part. 7. cap. 1. num. 7.* Et sic Tonsurati appellatione clericorum comprehenduntur, & gaudent omnibus privilegiis, quæ clericis in Sacris constitutis conceduntur, Aufser. in *Clem. 1. de offic. Ordin. reg. 1. fallent. 11. ex n. 11.* Olan. in *concord. lit. C. n. 41.* Gregor. Lopez *l. 54. gloss. 12. ex n. 7. tit. 6. p. 1.* Perez in *l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin.* ita ut omnia iura quæ loquuntur in clericis, locum habeant simpliciter in Tonsuratis, Roland. à Valle *conf. 61. numero 4.* latè Torreblanca *de magia, lib. 4. cap. 6. de los clerigos de Corona, à num. 41.* Quod demùm sequenti confirmatur syllogismo. Laici sunt incapaces beneficiorum, quia non habent Ordinem, *cap. ex litteris, de jurisdiction. cap. 2. de institution. ubi Abb. & alii*: sed sic est, quod clerici saltem primæ Tonsuræ possunt habere beneficia, Torreblanc. *d. cap. 6. numer. 56.* ergo illos non esse laicos, sed Ordinem habere dicendum est. Quibus, & aliis fundamentis hanc partem tenent nostri in *d. cap. cum contingat*. Covar. in *d. c. quia nos, num. 4.* Gregor. Lopez in *proœmio titul. 6. partita 1.* M. Anton. Cuch. *institut. canon. min. libr. 1. titul. 3.* Ioan. Lopez in *tractat. de libert. Eccles. part. 2. quas. 5. num. 3.* Nicol. Ploué in *tract. de Sacrament. part. 6. cap. 1. num. 3.* Jul. Cæf. Madius *de sacris Ordin. cap. 2. num. 8.* Vivaldus in *candelabro aureo, titul. de sacram. Ordinis, num. 10.* Fulv. Pacian. *de probat.*

lib. 2. cap. 34. num. 8. Cardos. in *praxi judicum, verb. Sacramentum Ordinis, n. 3.* latè Torreblanc. *de magia, lib. 4. cap. 6. de los clerigos de Corona, à num. 15.* Pialec. in *praxi nova Episcopali, part. 1. cap. 1. num. 3.* pag. 26. Vivian. in *praxi juris patronatus, part. 2. lib. 6. cap. 1. num. 3.* Mendez à Casto in *l. cum oportet, num. 166.* Cod. *de bonis quæ liberis*, Cald. Pereira in *leg. curatorem, verb. lasis, num. 108.* optimè Nicol. Garcia *de benefic. part. 7. cap. 1. n. 1.* Rendina in *prompt. recept. sent. n. 1. tit. 34. de Episcopis, n. 15.* Fornar. *de Ordine, c. 1. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. c. 4. n. 17.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 3. n. 8.* Campan. in *divers. juris Canonici, rub. 2. n. 7.* Valconfel. in *harmonia rubric. sub tit. de translat. Episcopi, n. ult.* Marta voto 14. à n. 2. Rota in *Ferrariens. pensionis, 14. Junii 1624. coram bona mem. Remboldo, & decis. 731. n. 5. & 6. part. 1. divers.* ubi aperte docet, quod prima Tonsura, quæ aliàs dicitur Psalmistatus, est Ordo, & hinc infert *num. 16.* familiaritatem solam sine beneficio non sufficere in prima Tonsura.

Quamvis hæc Canonistarum opinio sit vera in se, tamen non possumus negare primam Tonsuram semper, & quoad certos effectus proprie Ordinem non dici, seu saltem distingui à minoribus Ordinibus, & eorum appellatione aliquando non venire, ut colligitur ex Concil. Trident. *sess. 21. de reformat. cap. 6.* dum inquit: *Nullus prima Tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, nec non in c. 10. eadem sess.* in illis verbis, *Tonsuram, vel minores Ordines conferre*, & in hoc eventu possumus accipere Theologorum opinionem asserentium indistinctè primam Tonsuram non esse Ordinem, sed tantum præambulum, seu dispositionem ad Ordines, sicut novitiatum ad Religionem. Ita cum D. Thom. 3. *part. 9. 40. artic. 2.* Episcop. de Elna in *suo direct. de sacram. Ordin. §. 2.* S. Raymond. *lib. 3. sua sum. sub tit. de etate, §. 3.* Martin. de Ledesma 2. 4. *ques. 34. art. 2.* Jacob. de Grass. *d. cap. 9. à num. 5.* Valquez *tom. 3. disp. 236. c. 1. n. 9. & disp. 237. c. 2.* Fr. Emman. in *sum. part. 2. c. 13. num. 2.* Sayr. *de censur. lib. 4. c. 4. n. 7. & lib. 6. cap. 1. num. 19.* Card. Bellarm. *lib. 1. de cleric. cap. 13.* Suar. *de Sacram. disp. 1. sect. 2. & tom. 2. de Relig. lib. 4. de Horis Canon. c. 9. n. 5.* Homobon. *de Bonis de humana vita statib. p. 1. c. 20. & tract. de exam. Eccles. quas. 4.* Domit. Chamerot. *de Sacram. tract. 11. de sacro Ordine, c. 1. dub. 1. vers. prima verò Tonsura.* Paul. Layman. in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 11. c. 13. num. 3.* Sanch. in *opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 6.* novissimè Marchin. *d. tract. 1. p. 1. c. 5. cum seqq.* novissimè etiam Marcel. Vulpe in *praxi judic. fori Ecclesiast. c. 7. n. ult. vers. sunt autem.* Bonac. *de Sacram. disp. 8. q. unica. punct. 1. num. 6.* Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 1. n. 5.* Fernandez in *examine Theologiae moralis, part. 3. c. 11. §. 1. num. 3.* Molfel. in *sum. moralis Theolog. tract. 2. c. 1. num. 31. & cap. 3. à num. 14.* Filliuc. *tom. 1. tractat. 9. num. 13.* & alii relati per Nicol. Garciam *d. c. 1. num. 5.* Vel generalius loquendo cum D. Thoma in *suppl. ad 3. p. q. 57. art. 2. & in 4. Sent. dist. 24. art. 2.* si aliquis voluerit sequi Theologorum doctrinam, & Canonistarum non improbare sententiam, dicere poterit, Ordines esse septem proprie sumptos, & pertinentes ad consecrationem Hostiæ: novem autem improprie, ratione quarundam actionum. Vnde Canonistæ rectè sentiunt Tonsuram conferre Ordinem, id est gradum aliquem, & statum, & imprimere characterem, id est signum extrinsecum, Lap. *alleg. 138. n. 11. & 12.* Mandos. *ad reg. 24. Cancel. c. 1. num. 7.* Neviz. *conf. 59. n. 5.* Surd. *conf. 259. num. 4. & 22.* Lotter. *de re benef. lib. 3. quas. 35. à n. 22.* Quoad Episcopatum vide dicta supra *alleg. 1. num. 18.*

Quæstio controversa est, an singuli Ordines sint Sacra

Sacramenta? In qua questione Doctores in varias divisi sunt sententias.

Prima tenet, ex ipsis Ordinibus non nisi sacerdotalem esse Sacramentum: ita Durand. in 4. sentent. dist. 24. q. 4. n. 6. & probabilissimum dicit Victoria de sacram. Ordinis n. 227. ex ea ratione, quia difficile intelligi potest, quomodo ab Ecclesia numeretur Ordo tanquam unum Sacramentum, si concedamus omnes esse Sacramenta: hæc ratio nihil evincit, quia facile poterit responderi, Ordines ab Ecclesia numerari tanquam unum Sacramentum, propter respectum, quem singuli Ordines ducunt ad Sacerdotium, quod est præcipuum Sacramentum.

20 *Secunda* verò sententia tenet tres Ordines majores esse Sacramenta, minores verò esse Sacramentalia, ita Sot. in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 2. rat. 4. & art. 4. vers. *dubium ergo*, Navar. in man. cap. 2. n. 18. vers. *quare probabilis*. Mich. Medina in lib. de sacrorum Ordinum contin. cap. 46. Valquez 3. part. tom. 3. disp. 337. cap. 2. in princ. ex ea ratione, quia si minores Ordines essent Sacramenta, sequeretur eos peccare, qui accedunt ad illos suscipiendos cum conscientia peccati mortalis, aut qui illos exercent in peccato mortali: quod videtur nimis durum & rigorosum. Sed nec hæc ratio concludens est, prout sentit Navar. d. loco, cum accedens ad Ordines cum peccato mortali, peccet mortaliter, quia ponit obicem ad gratiam, quam conferunt singuli Ordines, cum sint Sacramentum.

21 *Tertia* igitur, & verior sententia asserit omnes, tum majores, tum minores Ordines esse sacramentum, characteremque imprimere, & gratiam conferre, ex eo, quia Florentini & Tridentini Canones indefinita propositione concludunt Ordinem esse Sacramentum: Florentinam etenim hoc explicat his verbis, *sextum novæ legis Sacramentum esse Ordinem*, & Trid. sess. 23. de reform. c. 3. postquam recensuit nomina singulorum Ordinum, absolute dicit Ordinem esse Sacramentum, & ita omnes Ordines licet sint per se singuli Sacramentum; tamen unum Sacramentum censetur, qui unum sunt vel genere, vel quia ad unum finem omnes referuntur: Ita D. Thom. in supplem. ad 3. p. quæst. 37. art. 3. in med. & q. 22. art. 2. q. 4. ubi Palud. quæst. 1. & Richard. art. 3. Emman. S. a. verb. Ordo, n. 1. Card. Bellarm. lib. 1. de sacram. Ordinis, cap. 8. Petr. Soto de justit. Sacerd. lect. 4. de Ordine Valent. tom. 4. disp. 9. quæst. 1. punct. 4. Henriq. in sum. lib. 10. c. 2. Coninch. de Sacrament. tom. 2. disp. 28. dub. 9. Bonacina de Sacram. disp. 8. q. unica, puncto 2. n. 2. Miranda in man. Pralator. tom. 1. quæst. 38. art. 10. Fernandez d. c. 11. §. 3. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 3. cap. 8. quæst. 66. in Princip. Filliuc. tom. 1. tract. 9. num. 15. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 2. num. 9. Torreblanca d. lib. 2. cap. 12. n. 1. novissime Sanch. in opusc. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 1. num. 7. & dub. 7. Quæ quidem in hac quæst. resolvenda, à me tradita maxime conducunt ad solutionem alterius quæstionis, utrum scilicet Episcopus conferens minores Ordines in lethali, peccatum mortiferum committat? Si minores Ordines non sunt Sacramenta, sed sacramentalia, ut secunda tenet opinio, certum erit Episcopum conferentem minores in mortali in nullam culpam lethalem incidere.

22 Ex his porro Ordinibus tres sacri & majores dicuntur, quatuor verò minores, & non sacri proprie appellantur: Sacri sunt & majores, Sacerdotium, seu Presbyteratus, Diaconatus, Subdiaconatus: hujusmodi enim personæ ad Altaris ministerium accedunt, cap. à multis, de atate, & qualitat. & sacra contingunt, atque ob id votum Castitatis emittunt, cap. 1. 41. dist. Et dicuntur sacri, quia or-

dinati in eis, aut habent sacra tangere, aut Sacramentum prospicere. Alvarez in spe. uls Juris Pontif. c. 81. vers. circa istum articulum: sed Flamin. Paris. de res. gnat. benef. lib. 5. quæst. 6. aliam ponit rationem, quia scilicet in eis est annexum votum castitatis, non essentialiter, sed accidentaliter, ex statuto Ecclesie, refert Marcell Vulpes d. c. 7. num. 28. vers. & hi postremi. Olim verò Subdiaconatus inter sacros Ordines non numerabatur, ut dicitur in d. cap. à multis, quamvis esset antiquitus institutus, cum de eo meminerint Anaclet. in c. Episcopus Deo, de consec. dist. 1. præter can. Apost. ut in c. 1. 35. dist. Sed Gregorius Pontifex, atque Urbanus II. eum inter sacros retulerunt, ut Innoc. III. testatur in c. moramur, de servis non ordin. Gregorius namque constituit, ut is castitatem voveret, d. c. 1. 31. dist. Urbanus verò eum Ordinum expressè in sacrorum numerum retulit, ut in c. erubescant, 32. dist. & in c. fin. 60. dist. de quo aliqua dixi alleg. 14. n. 1.

Reliqui verò quatuor ordines, minores dicuntur, nec sacri proprie nominantur, eo quod eorum officium ad sacra contingenda non pertingat, Concil. Trid. sess. 23. de sacram. Ordinis, cap. 2. Et si omnes septem sacri, propter Sacramentum, dicantur in c. 1. de filiis Presbyt. lib. 6. Sunt autem quædam inter sacros, & minores Ordines differentie. Primò enim majoribus major ætas requiritur, & scientia, ut dixi alleg. 16. Secundò, officia sacrorum Ordinum à non ordinatis exerceri non possunt impunè, cap. 1. & 2. & ibi gloss. & Doct. de clerico non ordinato ministr. Minorum verò officia, quamvis ab his, qui ordinati non fuerint, prohibeantur exerceri, non tamen pœna aliqua, vel censura imponitur & facilius permittuntur: nam minores clerici assistentes dicuntur, majores verò ministri, cap. 1. distinct. 24. c. 1. §. deservientes, 33. dist. Tertio, ubi dispensatio circa Ordines Papæ est reservata, de majoribus tantum intelligitur, veluti ut extra statuta tempora, & irregularibus conferatur, ut alleg. 50. à num. 15. videbimus. Quarto, in degradatione, cum ab Ordinibus sacris solus Episcopus degradare non possit, à minoribus verò id solus cum consilio Capituli potest, ut alleg. 110. num. 22. dicemus Quintò, differunt in voti emissionem, ut alleg. 15. ostendemus: in minoribus namque Ordinibus tantummodò constituti possunt contrahere Matrimonium, ut probant Doctores citati alleg. 32. n. 202. Sextò, in Horarum Canoniarum recitatione, cum ad id non teneantur, qui in Sacris non sunt constituti, nisi beneficium obtineant, ut docent per me citati in collect. ad cap. dolentes, n. 1. de celebrat. Missar. Septimò, in beneficiorum acquisitione, cum aliqua sint beneficia, quæ majores Ordines requirunt, ut suo loco dicemus. Octavo, in potestate conferendi, nam majores Ordines solus Episcopus confert, minores verò etiam non Episcopus ex privilegio potest conferre, ut alleg. seq. ostendemus.

ALLEGATIO III.

Episcopus an solummodò verus sit Sacramenti Ordinis Minister?

S U M M A R I U M

- 1 Ordinis Sacramenti verò, & proprie est Episcopus minister.
- 2 Episcopi in Apostolorum locum successerunt in Ecclesia.

- 3 Potestas conferendi Ordines penes Episcopum residet, etiam si excommunicatus, hæreticus, aut degradatus, suspensus, vel interdictus sit.
- 4 Minores Ordines ex facultate Summi Pontificis possunt etiam à simplici Sacerdote conferri, non sic majores.
- 5 Primam Tonsuram, & minores ceteros Ordines de Iure communi possunt conferre Abbates non solum Monachis suis, sed etiam secularibus, in quo ordinariam habent jurisdictionem.
- 6 Abbates ut Ordines minores conferre valeant, quot requisita habere debeant?
- 7 Abbates hodie ex nova Tridentini dispositione non possunt Ordines minores conferre, nisi illis, qui Regulares sibi subditi sunt.
- 8 Abbates novitios in propriis monasteriis degentes ordinare non possunt.
- 9 Nisi privilegium habeant concedendi suis Monachis dimissorias litteras ad quemcumque Episcopum.
- 10 Abbates facultatem non habent Tonsuram & minores Ordines conferendi aliis Regularibus sibi non subditis, vel Clericis suorum Superiorum & Ordinariarum dimissorias afferentibus.
- 11 Ordinatio Abbatis Ordines minores conferentis sibi non subditis Regularibus, est irrita & invalida.
- 12 Abbati ordinanti suos subditos Regulares fas est dispensare in interstitiis.
- 13 Episcopus carens minoribus Ordinibus potest valide eosdem aliis conferre.
- 14 Chorepiscopi an sint veri Episcopi? remissive.
- 15 Cardinales Presbyteri ex consuetudine possunt Ordines minores suis familiaribus tradere.
- 16 Parochi primam Tonsuram suis subditis conferre non possunt.
- 17 Episcopus qualitercumque excommunicatus occultus valide Ordines confert, veramque dat eorum executionem.
- 18 Cap. 2. de ordinatis ab Episcopo qui ren. Episc. declaratur.
- 19 Episcopus licet ab ordinante ignoretur excommunicatus, si publice pro tali habebatur, non liberat suscipiente à suspensione Ordinis suscepti.
- 20 Episcopus Sacramentum conferens, licet iniquus sit, tamen gratiam, qua caret largitur.

SACRAMENTI Ordinis verè & propriè Episcopum esse dispensatorem, de fide definitum est in Concil. Tridentin. sess. de sacram. Ordinis, can. 7. & late probant D. Thom. 3. part. quest. 56. artic. 3. arg. 2. Bonav. in 3. distinct. 25. artic. 1. quest. 1. ubi Ric. art. 1. q. 1. & Palud. q. 1. art. 2. Victor. de sacram. Ordinis, n. 2. 3. & 4. Piasec. in praxi nova Episcop. part. 1. cap. 1. n. 6. pag. 26. Card. Bellarm. tom. 2. lib. 9. cap. 11. Iodoc. Coc. in thesauro Catholico, lib. 7. art. 18. Bonacina de Sacram. disp. 8. q. unic. puncto 5. n. 1. Henriq. in sum. lib. 10. c. 21. Valquez in 3. p. D. Thom. tom. 3. disp. 243. & 245. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 1. n. 23. Petr. Greg. syntag. lib. 16. cap. 9. num. 1. Filliuc. tom. 1. tract. 9. à n. 91. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico p. 1. tract. 3. c. 8. q. 71. Molfes. in sum. moralis Theologia, tract. 6. c. 16. n. 63. Anguian. de legibus lib. 2. controuv. 1. n. 70. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 18. à n. 1. Cardos. in praxi iudicum, verb. Sacramentum Ordinis, n. 6. novissimè Marchin. post aliquas impressiones hujus tractatus in lucem editus, de sacram. Ordinis tr. 1. p. 2. c. 1. cum seq. me citato in hoc loco, Alzedo de præcellent. Episc. dignit. p. 2. c. 5. n. 1. novissimè etiã me citato in hoc loco, Torreblanca in practicab. iuris spirit. lib. 2. c. 13. n. 4. Nam Christus Dominus cum

duo haberet Discipulorum genera, alios in numero duodeno, alios verò in numero septuaginta duorum, illos Apostolos nominavit, istos simplices Discipulos nuncupavit; illis fuit data potestas imponendi manus & consecrandi, non autem Discipulis simpliciter, ut constat ex c. 8. *Actuum Apost.* sed Apostolis decedentibus & successerunt Episcopi in eundem locum, Discipulorum verò septuaginta duorum Typum gerunt Presbyteri. & in eorum locum sunt constituti in Ecclesia, juxta c. in novo 21. distinct. Evidenter igitur patet ex hoc, quod auctoritas ordinandi secundum formam Ecclesiæ primitivæ congruit Episcopis: hujus autem divinæ institutionis ratio congruens fuit illa, quod sicut ad summum Principem spectat non solum ordinare viros bellatores in exercitu, verum etiam, & multò convenientius Duces exercitus; ita ad solos Episcopos (qui sunt in Ecclesia Principes) non tantum pertinet ordinare homines ad certandum cum persecutoribus fidei, ut confiteantur audacter Christi fidem (quod fit per sacramentum Confirmationis,) sed etiam constituere Duces Ecclesiastici exercitus per collationem sacramenti Ordinis, ut inquit Bonaventura in 4. sent. dist. 25. q. 1. art. 1. & ibi Richard.

Hæc igitur potestas conferendi Ordines Episcopo tantum regulari et competit, & penes eum jure directo & proprio residet, etiam si sit excommunicatus, hæreticus, aut degradatus, suspensus, vel interdictus; adhuc enim retinet characterem, & potestatem conferendi Ordines, & formam Ecclesiæ servans, si aulium audeat ordinare, valide characterem imprimi, & valide Ordines confert, licet illicite id faciat, & ordinatus propterea executione careat. Ita text. in c. secundum, 19. dist. & in c. Dominus, §. memento 1. q. 1. cap. quomodo, de consecr. dist. 4. Sor. in 4. dist. 25. q. 1. art. 1. Henriq. lib. 10. cap. 21. in princip. Redoan. de simon. p. 2. c. 23. n. 21. Franc. Leo in thesauro fori eccles. p. 3. c. 8. n. 37. Anton. Raguc. in lucerna Paroch. tit. de sacram. Ordinis, quest. 18. Gregor. de Valentia ad D. Thom. disp. 9. q. 3. puncto 2. vers. pen. tom. 4. Fornar. de sacram. Ordinis c. 4. n. 2. ad finem, Ægid. de Coninch de sacram. tom. 2. disp. 20. dub. 9. Bonacina d. puncto 4. n. 2. Bellar. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 1. n. 25. Valq. tom. 3. in 3. p. disp. 243. c. 1. & 2. Molfes. in sum Theologia moralis, tract. 1. c. 17. n. 11. & 12. Filliuc. de tract. 9. n. 91. Hieron. Venero de examine Episcop. lib. 1. c. 12. n. 27. me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. c. 5. n. 2. Marchiu. d. tr. 1. p. 2. c. 15. vide infra n. 17. & 18.

Respectu tantum minorum Ordinum etiam non Episcopis potest auctoritas illa convenire, non quidem Episcoporum delegatione, sed Apostolicæ tantum Sedis privilegio. Ita Victor. de Sacram. n. 234. Cov. lib. 1. var. c. 10. n. 10. Petr. Sor. lect. 5. de Ordine; Henriq. d. cap. 23. §. 1. Bellarm. lib. 3. de clericis, c. 27. Valent. d. disp. 9. q. 2. puncto 1. Did. Nugnus in 3. p. D. Thom. quest. 38. art. 1. Molfes. in sum Theologia moralis tract. 2. c. 2. n. 3. Filliuc. d. tract. 9. n. 93. cum seqq. Anguian. d. lib. 2. controuv. 1. n. 70. Sanch. d. lib. 7. c. 1. dub. 18. num. 5. Alzedo d. p. 2. c. 5. n. 8. & 10. Majores verò neque vigore delegationis factæ à Papa possunt ab aliis conferri, quam ab Episcopis: & ita firmat D. Thom. in supplem. ad 3. p. quest. 38. art. 1. ad 3. argum. & in 4. sent. dist. 7. q. unic. art. 5. vers. talia verò in 2. scripto, ubi Sor. art. 11. ad 4. & distinct. 25. q. 1. art. 1. ad 2. Cov. var. lib. 1. c. 10. n. 10. Fornar. in tract. de Ordine cap. 5. in 3. dicto n. 2. Azor. instit. moral. p. 2. cap. 48. q. 16. Sayr de censur. lib. 6. c. 6. num. 8. Molfes. loco proximè citato, Nav. conf. 14. à num. 1. de privil. Card. Bellarm. de Ordine cap. 7. Suar. de Sacrament. disput. 12. sect. 3. §. solum possit. E. Eman. in sum. part. 2. c. 13. num. 9. Cuchi. lib. 4. institut. canon. tit. 16.

tit. 11. num. 8. Domit. Chamerot. de Sacram. tract. 11. c. 4. dub. 2. Campan. in diversis Juris Canon. rub. 6. c. 2. n. 13. Sanch. d. dub. 18. num. 9. cum seq. Marchin. d. tract. 1. parte 2. cap. 13. Alzedo d. p. 2. c. 5. num. 6. Quamvis Abb. in c. quanto, num. 9. de consuetud. glos. fin. in c. manus, de consecrat. dist. 1. c. pervenit, 95. distinet. & ex novioribus Anguian. citato loco, Valq. in 3. p. disp. 243. c. 4. n. 3. acriter faveant, opitulenturque sententiæ contra D. Thom. ejusque sequaces, & & concludant, Papam posse indistinctè concedere potestatem Sacerdoti conferendi ordines sacros, & alios promovendi ad Ordinem, quem ipse habet, nam se decipiunt ex rationibus allegatis à supra citatis: unde non facilè crederem Victor. in summa, n. 237. quem sequitur Vivald, in Candelabro aureo, p. 1. tit. de Sacram. Ordinis, n. 17. in fine, afferenti se vidisse quandam Bullam Papæ concedentem facultatem Sacerdoti conferendi Diaconatum, & Subdiaconatum; nisi tamen dicere velimus opinionem Abb. & gloss. sustineri posse in casibus necessitatis, ut in ultramarinis, &c.

5 Ex delegata igitur generica, vel specifica potestate ab Apost. Sede emanata, etiam non Episcopis, ut dixi, potest convenire auctoritas conferendi Ordines minores, prout illos præter Episcopos nonnunquam conferunt Abbates, inferiores Prælati, aliique Sacerdotes. Nam de Abbatibus, quod possint primam Tonsuram, & cæteros minores Ordines conferre, non solum Monachis, sed etiam laicis, in quos Ordinariam habent jurisdictionem, de iure communi probant c. 1. dist. 69. c. quoniam, de atate & qual. c. cum contingat, c. Abbates, de privil. in 6. qui text. probat eos posse etiam laicos, in quos jurisdictionem habebant, ordinare, c. 1. ubi gloss. verb. à non Episcopis, de ordinat. ab Episcop. qui renunt. Episcop. c. 1. ubi Gloss. verb. alia, de suppl. negl. Præl. Bellam. c. cum contingat, q. 1. ubi Cardin. not. 1. Abb. n. 2. & Buttr. n. 13. Nav. conf. 13. incipit, Abbatibus, n. 1. de privil. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 48. q. 15. Fornar. in tractat. de Ordine, c. 5. §. 2. vers. Abbatibus, Valq. tom. 3. p. disput. 243. n. 33. Molfes. d. tract. 2. c. 2. n. 18. Fr. Ludov. Mirand. in man. Præl. q. 38. art. 9. concl. 1. tom. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 791. n. 1. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 18. num. 5. cum seqq. Cardin. Thuf. præct. conclus. tom. 1. verb. Abbas, concl. 9. n. 5. Seraphin. decis. 980. num. 1. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 955. Flores de Mena var. lib. 2. q. 24. num. 4. Sic etiam Abbatem, qui datus sit administrator in Ecclesia Cathedrali vacante, eisdem minores Ordines subditis illius Episcopatus dare posse tenent Gemin in c. is cui, num. 6. vers. vidi dubitari, de elect. in 6. Felin. in cap. eam te, num. 8. de rescrip. & commendat Selva de benef. p. 2. q. 6. post n. 3. ubi dicit, quod eodem modo poterit, quo potest invitatus in claustris aliorum exemptorum, jure suo conferre Tonsuram, & Minores Ordines, prout tenent ex plurimorum auctoritatibus idem Gemin, in d. c. Abbates, num. 6. de privil. in 6. Majol. de irregul. lib. 3. cap. 23. n. 12. Sayr. de censur. lib. 4. c. 13. post num. 5.

6 Tres autem conditiones requiruntur in talibus Abbatibus, ut hos Ordines conferre valeant. Prima, quod sint Sacerdotes. Secunda, quod benedictionem acceperint, aut saltem ex privilegio Pontificis habeant, ut Pontificalia exercere possint, quia tunc idem est ac si essent benedicti. Tertia, quod sint Mitrati, seu habeant jus ferendi annulum, Mitram, & Baculum pastoralem, itaut si una earum deesset, ordinatio irrita foret, dist. cap. Abbates, de privil. in 6. Vide Franc. Marc. Delphin. decis. 1082. n. 2. lib. 1. Ricc. in praxi Episc. p. 1. c. 1. n. 6. pag. 21. D. Acuña ad c. 1. n. 6. distinet. 95. Gratian. discept. forens. tom. 5. c. 845.

Hodie ex nova dispositione Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 10. non licet Abbatibus, & aliis quibuscumque quantumvis exemptis, in posterum intra fines alicujus diocesis existentibus, etiamsi nullius diocesis, vel exempti esse dicantur, cuiquam qui regularis sibi subditus non sit, Tonsuram, & minores Ordines conferre. Ita Steph. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 791. n. 2. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 3. n. 9. Ludov. Miranda d. tom. 1. q. 38. art. 9. concl. 2. Pottel. in dub. Regul. verb. Abbas 2. Scip. de Rubeis in aphor. Episc. eod. tit. 13. Marcel. Vulp. in praxi judic. c. 7. n. 8. Suar. tom. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. c. 26. n. 19. Tambur. de jure Abbatum tom. 2. disp. 2. q. 7. n. 1. D. Acuña ad s. 1. n. 6. dist. 95. Et licet Th. Sanch. in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 19. n. 20. existimaverit hanc facultatem ordinandi non subito minimè per Trid. fuisse revocatum, nihilominus tamen ejusmodi opinio (salva tanti viri pace) omni probabilitate destituitur; nam si Tridentinum hanc facultatem non revocavit Abbatibus, quid disposuit, dum ad subditos Abbatum hæc illis facultatem restrinxit? certè illa verba essent frustratoria: & idèd hanc partem sustinent Henriq. in sum. lib. 14. c. 18. n. 2. Maurit. Alzed. in praxi Episc. p. 2. c. 3. n. 78. Gavant. in man. Episcop. verb. Abbas, n. 31. Diana mor. ref. p. 4. tr. 4. miscel. ref. 147.

Ex qua conciliari dispositione primò inferitur, per illa verba, Regularibus suis, intelligi professos sui Ordinis; & excludi Novitios, quos Abbates ante professionem ordinare non posse tenent Henriq. in sum. lib. 10. c. 23. §. 3. in comment. litt. G. Fr. Eminent. 99. Regul. tom. 3. q. 23. art. 2. in fine, Vgolin. de officio Episcopi c. 26. §. 19. n. 2. & §. 20. n. 7. Aloyf. Ricc. p. 2. decis. 253. n. 5. Sayr. de censur. lib. 4. c. 13. n. 5. Miranda d. tom. 1. q. 38. art. 9. concl. 2. in fine, Marcel. Vulpe d. c. 7. n. 9. Nald. in sum. verb. Novitius, n. 9. Card. Tusch. præct. concl. tom. 1. lit. A, concl. 9. Stephan. Gratian. d. c. 741. n. 6. Marchin. d. tract. 1. p. 2. c. 10. à n. 10. Tamburin. d. tom. 2. disp. 2. q. 27. Barthol. de Vecchis in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novitiis, disp. 9. q. 8. n. 4. Quicquid aliter sentiat Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. c. 29. n. 12. † At verò si Abbates hujusmodi, aut alii Religionum Prælati habeant speciale privilegium concedendi suis Monachis dimissorias litteras ad quemcumque Episcopum, licet in illo non exprimat, quod illud valeant novitiis communicare, poterunt tamen etiam novitiis illas, ut à quocumque Episcopo ordinentur, sicut cæteris Monachis professis concedere, ut bene resolvunt Ioan. Bapt. Tiber. in instruct. pro ordinandis, c. 7. q. 4. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. c. 10. in fine, Barthol. de Vecchis d. q. 8. num. 3. vers. si verò, Tamburin. d. q. 27. n. 2. Novitios enim Religionum privilegiis gaudere resolvunt Molin. de justit. tr. 2. disp. 138. vers. præter hos. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. c. 2. q. 1. Ego ipse de appellativa verbor. utriusque Juris signif. appell. 23. n. 16.

Secundò inferitur, Abbates hujusmodi facultatem non habere Tonsuram, & minores Ordines conferendi aliis Regularibus sibi non subditis, qui dimissorias speciales suorum Superiorum, & specialem licentiam Episcopi loci habuerint, nec etiam aliis sæcularibus suorum Superiorum dimissorias afferentibus. Ita resolvunt Campan. in diversis Juris Canon. rub. 6. capite 2. ante numerum 7. Scipio de Rubeis d. verb. Abbas, n. 13. Ludov. Miranda d. art. 9. concl. 2. & voto Rotæ de mandato sanctæ mem. Clementis VII I. resolutum fuisse refert Seraphin. decis. 985. p. 1. & Episcopo Eugubino rescripsit. se sacram. Congreg. negotiis Episcoporum, & Regularium præpositam sub die 3. Novembris 1593. retuli de Jure Eccles. universo lib. 1. c. 18. n. 67. Quamvis contrariū existimaverint Lezana in sum. quæst. Regul. cap. 14.

cap. 14. num. 13. & cap. 18. n. 65. Azor. *instit. moral.* part. 1. lib. 12. cap. 20. *quas.* 7. Paul. Layman *in sum. Theologia moralis*, lib. 5. tract. 9. c. 9. num. 2. Alzed. d. p. 2. c. 5. n. 8. Quarant. *in sum. Bullarii*, verb. Ordo, prope fin. *vers. Abbatibus*. Grilenzon. *conf.* 142. n. 52. Marcel. *Vulpe in praxi judiciali fori Eccles.* c. 7. n. 8. Vgolin. *de officio Episc.* c. 26. §. 19. Bonacin. *de Sacramento.* disp. 8. *quas. unic. puncto* 4. n. 3. Marchin. d. tr. 3. part. 2. c. 10. num. 15. *cum seq.* Ioan. Baptista Tiber. *instruct. Ordinand.* cap. 7. *quas.* 48. *in fine.* Sanch. *in opusc. moralib.* lib. 7. cap. 1. *dub.* 21. à n. 5. Tamburin. *de iure Abbatum* tom. 2. disp. 2. *quas.* 7. *ex n.* 3. Diana part. 2. tract. 2. *resol.* 147. *in fine*, quorum plures asserunt *sacram Congreg. Concilii* censuisse, quod Abbates Regulares habentes jus Baculum deferendi, & Mitram, postquam Sacerdotalem Ordinem, & munus benedictionis susceperint, posse Tonsuram, & minores Ordines secularibus Episcopi jurisdictioni subiectis conferre, si modò ipsius Episcopi consensus accedat, & à dicto Episcopo quisque literas dimissorias impetraverit, ita ut satis non sit id generatim ab Episcopo concessum esse, sed hac concessione semper opus sit singulis, &c.

11 Tertiò infertur ordinationem Abbatis privilegiati Ordines minores conferentis non subditis absque literis dimissoriis, vel cum illis, seu subditis suis non Regularibus, esse irritam, & invalidam, ac proinde repetendam de defectu potestatis in ordinante, ex illis verbis Concil. Trid. *in d. c.* 10. *Non liceat Abbatibus*, &c. quæ irritant actum quoad valorem substantialem, & nihil refert, quod in Episcopis potestas ordinandi se extendat etiam ad non subditos quoad valorem ordinationis, quia potestas ordinandi concessa Abbatibus privilegiatis, non est ad modum potestatis Episcopalis; nam illa procedit ex vi privilegii, hæc autem derivatur ratione Ordinis. Quare ita videtur sentire Suar. tom. 4. *de Relig. tract.* 8. lib. 2. c. 19. n. 8. & 22. Laurent. de Peirinis *de Pralato Regulari* tom. 2. q. 3. c. 7. n. 23, & colligitur ex quadam decisione *sacra Congregationis Episcoporum, & Regularium*, Eminentissimo Card. Gyptio referente sub die 27. Junii 1631. in qua fuit resolutum, Thomam Narducium Camplen. promotum ab Abbate de Carropoli Ordinis Cælestin. cum literis dimissorialibus Vicarii Generalis Camplen. eidem Abbati directis, esse male promotum, atque ideò indigere nova promotione. Quicquid teneant Sanch. d. lib. 7. c. 1. *dub.* 19. n. 17. Fr. Emman. Molfes. Tamburin. Præpos. & Ludov. de San Iuan, quos refert, & sequitur Diana *moral. resol.* p. 5. tr. 15. *resol.* 93. & distinguit Marcel. *Vulpe d. c.* 7. n. 10.

12 Quartiò infertur, Abbati ordinanti suos subditos Regulares fas esse dispensare in interstitiis, non tamen id convenire Episcopo, qui facultatem habet dispensandi etiam quoad Regulares, ut dicimus *infra alleg.* 18. n. 10. Illationem probant Hieron. à Sorbo *in compendio privileg. Mendicantium*, verb. Ordines sacri, *vers.* quando verò Abbates, & Miranda *in man. Pralat.* tom. 1. q. 38. art. 7. *concl.* 3. Campanil. *in d. vers. Iuris Canon. rub.* 32. c. 13. n. 42. & sic non ab Episcopis, sed ab Abbatibus examinandos esse, non obstante Concilio, concludit Nav. *conf.* 13. *incip. Abbas cuiusdam*, aliàs *conf.* 14. *in novis*, n. 1. *de privileg.*

13 Dubitari non abs re poterit, an Episcopus carens minoribus Ordinibus possit validè eosdem Ordines aliis conferre: Suar. *de censur.* tom. 5. *dips.* 31. *sect.* 1. & Homobon. de Bonis *de examine Eccl.* tr. 3. q. 61. *in fine*, existimant ordinationem huiusmodi esse invalidam, quia nemo dat quod non habet, & nullus plus iuris in alium transferre potest, quam ipse reneat, l. *filiusfam. ff. de donat.* tum etiam quia Episcopus non Sacerdos non potest alios Sacerdotio insignire. Sed his non obstantibus ordinationem factam ab

Barbos. de Episcop. Pars II.

Episcopo carente minoribus esse validam quoad minores collatos, licet moraliter peccaret, tenent Gabr. Vasq. tom. 5. *in 3. part. disp.* 243. o. n. 24. Molfes. *in sum. Theologia moralis*, tract. 2. c. 17. num. 5, quia Episcopus ordinatus per saltum est verus Episcopus, & habet characterem Episcopalem: ergo poterit habere actum secundum sibi proprium, nempe ordinationem sicut majorum, ita & minorum Ordinum: tum quia collatio activa minorum non fundatur essentialiter in passiva receptione minorum, nec est actus secundus illius, aut effectus, sed solum præsupponitur ex Ecclesiæ consuetudine & statuto, unde nec abrogat subsequenter ordinationem: ergo erat valida, cum sit ab illa independens: tum denique, quia hoc non est plus iuris transferre in alium, quam ipse teneat, aut dare aliquid quod ipse prius non habeat; licet enim Episcopus carens minoribus non habeat formaliter minores, habet tamen potestatem superiorem, & eminentiorem, scilicet characterem Episcopalem. Et non est simile quod de Sacerdotio respectu Episcopatus dicebatur; siquidem Episcopatus claudit intrinsecè characterem Sacerdotalem, ita ut non Sacerdos Episcopus esse non possit, ut fuit aliquorum opinio, quos *suprà* retulimus *alleg.* 1. n. 38. quod tamen quatenus in iure non subsistat, ut eo in loco probavimus, magis secuta manet hæc nostra opinio, quam verior esse iudicamus de Episcopo qui renuntiavit loco tantum, & loco & dignitati: vide *infra alleg.* 113. n. 1.

De Cotepiscopis, an sint veri Episcopi, & uti tales potuerint Ordines minores, Subdiaconatum, & cæteros majores conferre, egimus *suprà tit.* 1. c. 6. num. 11. & ibi citatis addo Marchin. d. tract. 1. part. 2. cap. 9.

14 Presbyteri Cardinales ex consuetudine possunt Tonsuram, & minores Ordines suis familiaribus conferre: ita Ioan. Andr. quem alii sequuntur *in c.* 1. num. 14. *de suppl. Pral. negl.* Victor. *de Ordine*, n. 234. Sylv. *in sum. verb. Ordo* 3. q. 2. Mart. Laudens. *in tr. de Card.* q. 20. Major. *de irregul. lib.* 4. c. 20. n. 8. Alzedo d. p. 1. c. 5. n. 9. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 4. q. 2. n. 88. Monet. *de Conservator. c.* 5. n. 31. Squillante *de privil. cleric. c.* 4. n. 273. Sanch. *in opuscul. moralib.* lib. 7. c. 1. *dub.* 19. n. 4. Marchin. tract. 1. p. 2. c. 20. n. 1. Sebast. Cæsar *in relect. de Eccl. hierarchia*, p. 1. *disp.* 2. §. 5. n. 8. Rota *decis.* 731. n. 10. p. 1. *divers.* Quidquid dubitent Anastaf. Germon. *in tract. de indultis Card.* *vers. tamen ratione*, n. 20. & *seqq.* Azor. *instit. moral.* p. 2. lib. 4. c. 3. q. 2. *vers. quæret aliquis.* Familiaris autem ut quis ad hunc, & similem effectum dicatur, duo requiruntur, Primum ut habeat victum, secundum ut fuerit destinatus ad aliquod certum servitium: ita Rota *decis.* 584. n. 3. p. 1. *recentior.* ubi à n. 7. disputat an familiaritas probetur ex libris, in quibus sunt descripti familiares alicujus domini: & *dec.* 464. n. 2. p. 1. *recentissim. in posthum.* docet familiaritatem cum Cardinali censeri probatam per testes depoñentes quem habuisse à Cardinale partem panis, & vini cum Iulio uno in singulos dies, & etiam salarium in domo Cardinalis, illi actù inserviando per triennium, ubi citat Mandos. *super reg.* 3. q. 19. n. 2. Simonet. *de reservat.* q. 35. n. 1. & 3. vide *infra alleg.* 5. n. 19.

16 Parochos primam Tonsuram suis subditis conferre posse, non pauci scriptum reliquere, Archidiacon. *in cap. nullus Episcopus*, *de temporib. ordinat.* Panormit. *in cap. quanto numero* 9. *vers. quinimo dico*, *de consuetud.* Immo licere cuicumque simplici Sacerdoti illam conferre, docent gloss. *verb. lectoris*, *in c. quoniam*, 69. *distinct.* Archid. *in c. Psalmista*, num. 2. *in fine*, 23. *distinct.* Innoc. *in c. cum contingat*, num. 1. ubi Hostiens. n. 1. *de etate, & qual.* & stare consuetudine admittit Molfes. *in sum. Theologia moralis.*

R tractat.

tractat. 2. c. 2. num. 19. Verum usus Ecclesie resistit, & propterea eorum sententia non est admittenda, imò eam justè refellit Sor. *in 4. sent. dist. 25. quas. 1. art. 1. ad 2. argum.* & Sanch. *d. lib. 7. c. 1. dub. 19. n. 1.* Marchin. *d. tract. 1. p. 1. c. 10. n. 3. & 4.* Sic etiam videtur rejicienda opinio Francisci Marc. *d. decis. 1082. num. 3.* asserentis Guardianos, & Priores de Iure primam clericalem Tonsuram suis subditis conferre posse, quia nunquam audivi hoc ab aliquo factum fuisse, ideo miror cur contra Concil. Trid. ita pronuntiaverit.

17 Potestatem conferendi Ordines regulariter Episcopo tantum competere, etiam si sit excommunicatus, suspensus, vel interdictus, *suprà* diximus *sub n. 3.* & validè Ordines conferre, licet id minus faciat, & Ordinatus propterea executione careat. Attamen si hujusmodi Episcopus hæreticus, schismaticus, simoniacus, & qualitercumque excommunicatus occultus sit, validè Ordines confert, veramque dat Ordinis executionem, ita ut recipiens non solum recipiat Sacramentum, sed ejusdem, absque ulla suspensione, executionem, ac proinde quoad omnes actus spirituales. Ita Innocent. *in c. 1. num. 3. de schismatico.* Panorm. *in c. veritatis, n. 46. de dolo, & in cap. ad probandum, n. 7. de re judic.* Covarr. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 6. num. 7.* & alii per Garc. *de benefic. p. 11. c. 10. num. 160.* & circa beneficiorum collationem, *part. 5. c. 4. num. 276. cum seqq.* plures quorum sententiam ut communem sequitur Gutier. *Canon. lib. 1. c. 1. num. 81. & 89.* eandem communem esse testatur Mascard. *de probat. conclus. 619. num. 45.* resolvunt Sor. *in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. vers. in ordinatione,* Henriq. *in sum. lib. 23. de excomm. c. 39 §. 1.* & alii plures, quos refert, & sequitur Sanch. *lib. 3. de Matrim. disp. 21. sub num. 35.* Idem multò certius proficentes post *Extravag. Ad evitanda scandala,* ita ut post illam idem locum habeat in omnibus excommunicatis, dum non fuerint denunciati, aut notorii clericorum percussores; estque verissima eorum sententia quoad quoslibet actus, etiam spirituales: quamvis oppositum quoad omnes tenuerint absque bono fundamento Anton. Bald. & alii relati à Sanch. *d. n. 35. in pr.* & aliter distinguentes crediderint in his, in quibus imprimitur character, ut in Sacramento Ordinis, Innoc. sibi contrarius *in c. nihil, n. 3. de elect.* & alii communiter, ut per Mascard. eisdem sequutum, & per Sanchez *ubi proximè.*

18 Pro quibus non facit text. quo nituntur, *in c. 2. de ordinatis ab Episcopo, qui renunc. Episcop.* dum habet necessariam esse dispensationem, ut ordinatus etiam ignoranter ab Episcopo excommunicato possit in Ordinibus sic susceptis ministrare, & ita data etiam ignorantia excommunicationis excommunicatum verum non conferre Ordinis executionem: respondetur enim ex dictis per Sanchez *sub num. 35.* illum text. non bene adduci ad hoc propositum de conferente excommunicato occulto, & communiter ignorato, & tolerato; quia intelligendus est non de hoc, sed de illo, qui licet privatim ignoretur, à recipiente tamen publicè pro excommunicato habebatur; in his etenim longè diversis terminis in eo textu ignorantia etiam probabilis, de qua ipse loquitur, non liberat recipientem à suspensione Ordinis suscepti, & quidem meritò, cum enim talis Episcopus non habeat usum Ordinum, nec illum dare permittitur, juxta regul. text. *in c. Daybertum, 1. quas. 7.* quem pro ratione decidendi ad *d. c. 1.* contra Innocent. *in d. c. 1. de schismat.* & Panorm. Felin. & alios relatos per Covarr. *in c. Alma, p. 1. §. 6. n. 6.* consideravit gloss. *in d. c. 2. verb. ignoranter,* etolvunt gloss. *in cap. si qui à simoniacis 1. quas. 1. & in cap. ab excommunicatis 9. quas. 2.* & aliis, quorum senten-

tiam ut communem, & tutiorem refert, & sequitur Covarr. *ubi proximè,* & Suar. *de censur. disput. 31. sub n. 61.* maturè considerans id procedere, non quidem ex eo quod prædicta ratio idem concludat intrinsecè & ex natura rei: illa enim regula, ut nos ex dictis per Sanch. *sub n. 35.* addendum putamus, concludit solum ubi actum fuerit de causa principali, non autem de instrumentali, qualis est Episcopus Sacramentum conferens, qui proinde licet iniquus sit, tamen gratiam, qua caret, largitur: sed ex eo quod eandem rationem etiam in hujusmodi Episcopo, ut instrumento, consideraverint Iura, quæ irritant, ut possunt, prædictam ordinationem, non ob culpam ordinati, sed in injuriam ordinantis; unde nihil mirum, si ordinari ignorantia non conducatur ad illum ab hujusmodi suspensione liberandum: licet fatendum sit plurimum conducere ad faciliorem dispensationem, juxta text. *in d. cap. 2. juncto c. 1. eod. tit.* & Iura sic intelligenda *in d. c. si qui à simoniacis,* ibi, *misericorditer sustinemus & cap. ordinationes 9. quas. 1.* qui text. dum admittit ordinationem ordinati ignoranter ab hæretico, intelligendus est, mediante scilicet dispensatione, ex quibus facile solvuntur fundamenta Innoc. Panorm. Felini, & aliorum *ubi proximè.* Quis autem possit dispensare cum Ordinatis ab Episcopo excommunicato, hæretico, vel schismatico? Vide infra *alleg. 48.* Quæ verò sint substancialia Sacramenti Ordinis, quorum unico deficiente, non suscipitur, nec character imprimitur? Ostendimus *alleg. 11. n. 9. in fine.*

ALLEGATIO IV.

Episcopus proprius ad Ordines conferendos quis dicatur?

SUMMARIUM.

- 1 Subditus, & diœcesanus Episcopi tripliciter quis fieri potest, ratione scilicet originis, vel domicilii, vel beneficii.
- 2 Originis Episcopus est Episcopus loci in cuius diœcesi ordinandus natus est.
- 3 Originarius, seu oriundus dicitur à propria origine.
- 4 Origo patris etiam inspicitur ad Ordines suscipiendos, ita ut quis ratione paterna originis poterit Ordines suscipere ab Episcopo loci, in quo ejus pater natus est.
- 5 Originis locus secundum jus civile etiam dicitur ille in quo pater natus est.
- 6 Oriundus dicitur à nativitate propria, vel paterna.
- 7 Originarius ut quis dicatur, non solum requiritur, ut quis natus sit in loco, sed quod parentes ibi domicilium contraxerint.
- 8 Littera Apostol. dispensationis, vel beneficii, non sunt subreptitia, in quibus diceret quis se oriundum ex civitate Neapolitana, cum re vera esset oriundus ex civitate Vrbeveteri, si ejus pater in dicta civitate Neapolitana natus fuit.
- 9 Dicitio, de, naturalitatem, seu originem importat.
- 10 Dicitio, ex, naturalitatem exigit, nec est civilis contenta.
- 11 Habitatio solum facit incolam, seu domiciliarium, non tamen ortum, seu oriundum.
- 12 Filius dicitur oriundus, seu originarius loci, in quo pater ejus natus est, succeditque in honoribus seu muneribus, tam personalibus, quam realibus, non modò in temporalibus, verum etiam in spiritualibus.
- 13 Nepos ex origine avi nõ dicitur originarius illius loci

- loci, in quo avus natus est, ad Ordines suscipiendos.
- 14 Originem patris, & non matris sequitur filius.
 - 15 Filius non poterit ordinari, ab Episcopo originis matris, nisi sit naturalis.
 - 16 Domicilium maternum sequendum, quando deest paternum.
 - 17 Expositus cujus parentes ignorantur, non solum judicabitur municeps ejus loci, in quo natus est, sed etiam loci in quo est expositus, & n. 37.
 - 18 Natus fortuito in aliquo loco, non potest dici ex illo oriundus.
 - 19 Natus in mari originem habere dicitur ubi pater domicilium habet.
 - 20 Originis domicilium est immutabile, nec potest renuntiari.
 - 21 Ejectus ab aliqua religione ob delicta, Ord. & habitu exutus, ab Episcopo originis est ordinandus, dummodo habilis sit.
 - 22 Domicilii ratione efficitur quis subditus, & diocesanus Episcopi, ubi illud contraxit.
 - 23 Domicilium est habitatio animi destinatione perpetua, in qua quis rerum suarum magnam summam constituit.
 - 24 Domicilium, & habitatio in quo differant?
 - 25 Domicilium non contrahitur etiam per mille annos, dum quis habet animum recedendi.
 - 26 Domicilium ad Ordines capiendos contrahit quis etiam non longo tempore in aliquo loco degens, si habuerit animum perpetuo in eo permanendi.
 - 27 Animus perpetuo manendi in aliquo loco colligitur, si verbo, vel facto volens domicilium contrahere suam declaravit voluntatem, vel ibi emit domum, aut aliam possessionem, cum translatione majoris partis bonorum.
 - 28 Decennalis habitatio facit presumi domicilium quando aliter non constat de voluntate habitantium.
 - 29 Scholares & Castellani etiam decennali habitatione domicilium non contrahunt, quia semper cogitant de redeundo ad patriam, nisi finito studio decennali tempore, & majori commorati sint & num. 30.
 - 30 Animum recedendi a civitate non habet ille, qui in ea relinquit filios ibid.
 - 31 Absentes si ex statuto potantur privilegiis civitatis satis est patrem esse in civitate, ut filius absens privilegiis potiatur.
 - 32 Baro assumi potest ad ordines ab eo preside, in cujus diocesi habet feudum.
 - 33 Baronum filii adipiscuntur domicilium in eo loco, in quo genitor propter dictum feudum contraxit.
 - 34 Senator, aut alter quivis officialis perpetuus alicujus Principis, domicilium acquirit in eo loco, in quo senatoriam exercet dignitatem, & ab illius Episcopo potest ordinari, & per consequens ejus filius relegatus domicilium retinet in eo loco unde trahit originem, & in eo in quem relegatus est, ibid.
 - 35 L. filii liberorum §. relegatus, & l. ejus qui manumissus, §. i. ff. ad municip. componuntur.
 - 36 Libertus si promoveri petat, ab illo Prasule erit assumendus ad Ordines, qui est superior ejus loci unde patronus trahit originem.
 - 37 Expositi ab eo sunt ordinandi Antistite, qui ejus est loci ordinarius, in quo expositi sunt, quia illius effecti sunt cives.
 - 38 Domicilium contrahi potest in pluribus locis, & ab uno Episcoporum ordinari.
 - 39 Domicilia quando non sunt aequè principaliter, semper inspiciendum est principalis.
 - 40 Propositum aliò migrandi, & non redendi præ-
- Barbos. de Episcop. Pars II.
- sumitur ex eo quod quis recedit ab aliquo loco cum suppellectili, vel familia sua.
- 41 Episcopus consensus non requiritur in domicilio mutando, tenetur tamen mutandus si ordinari velit, portare testimonium circa probationem qualitatis, mores, & sufficientiam, ab Episcopo loci unde digressus fuit.
 - 42 Episcopi Diocesis subditus quis efficitur quoad Ordines suscipiendos, in qua beneficium habet.
 - 43 Clericus habet domicilium, & est civis illius diocesis in qua situm est ejus beneficium, dum illud possidet.
 - 44 Ratione beneficii etiam tenuis efficitur beneficiatus subditus illius Episcopi, in cujus Episcopatu illud extat.
 - 45 Beneficium etiam tenne possidens gaudet privilegio clericali.
 - 46 Occasione beneficii requirentis residentiam acquirit beneficiatus domicilium in loco, ubi illud possidet.
Domicilium contrahitur quoad Ordines suscipiendos in loco beneficii, etiamsi residentiam non requirat.
 - 48 Præstimonium possidens inibi domicilium habere dicitur, & ab Episcopo loci ubi est suum præstimonium, ordinari potest.
 - 49 Præstimonia inter Ecclesiastica beneficia commemorantur.
 - 50 Beneficium habens in commendam, maxime perpetuam, potest ordinari ab Episcopo loci, ubi situm est.
 - 51 Beneficia plura habens in diversis diocesis ab unoquoque illarum Antistite promoveri potest.
 - 52 Episcopus in cujus diocesi est beneficium, potest ordinare, vel dare litteras dimissorias, etiam beneficium quoad provisionem, subiectum esset alteri Episcopo.
 - 53 Beneficii unius diocesis uniti alteri diversa diocesis ratione efficitur quis subditus Episcopi, ubi extaret beneficium principale.
 - 54 Episcopus ratione beneficii sibi subditos non solum potest ordinare, sed etiam dispensare cum illis in interstitiis, & etiam in illegitimatione ad minores Ordines.
 - 55 Collationes, seu tituli beneficii ratione non efficitur quis subditus Episcopi, non habita illius possessione.
 - 56 Pensionis causa nullus subicitur Prasuli, ut ab eo promoveatur.
 - 57 Beneficium obtentum in fraudem non juvat quoad susceptionem Ordinum.
 - 58 Religiosi vetantur Ordines suscipere ab alio Antistite, quam ab Episcopo illius loci, cui a Superiore regulari deputati fuerunt.
 - 59 Religiosi a propriis regularibus Superioribus dimissorias obtinentes, ordinari debent ab Ordinario loci, in quo situm est Monasterium.
 - 60 Patres Societatis J. E. S. U. a quocumque Antistite Catholico ordinari possunt.
 - 61 Regulares non possunt hodie ab Episcopis ordinari etiam in suis domibus sine licentia diocesana, in quorum districtu eorum monasteria sita sint.
 - 62 Iura loquentia de ingredientibus monasteria, intelliguntur cum effectu, & sequuta scilicet professione.
 - 63 Novitius infra annum probationis Ordinari potest ab Episcopo, in cujus diocesi moratur, quamvis alibi natus sit.
 - 64 Episcopus faciens Ordines in aliqua diocesi de licentia diocesani, ordinare potest non solum personas eidem Ordinario subiectas, verum etiam clericos, & Fratres aliarum diocesum legitimas licentias, atque dimissorias habentes.

- 65 Fratres sacri Ordinis S. Ioannis Hierosolimitani à quocumque Catholico Antistite, sub Rom. Sedis obedientia constituto, sacros Ordines etiam extratempora, tribus diebus festiuis, & in quibusvis tam saecularium, quam Regularium Ecclesiis, absque alicujus licentia suscipere possunt.
- 66 Ordines denegare non potest Episcopus ei, qui obtinet beneficium, aut Ecclesiasticam dignitatem.
- 67 Ordinare non potest Episcopus quemquam inuitum.

TRIPLICITER quis quoad Ordines suscipiendos efficitur subditus Episcopi, ratione scilicet originis, domicilii, & beneficii, cap. cum nullus, de tempor. ordinat. lib. 6. Fr. Emman. quasi. Regul. tom. 1. quasi. 18. art. 4. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. quasi. 46. Fornar. de sacram. Ordinis. c. 5. n. 6. Piasec. in praxi nova Episcop. part. 1. cap. 1. à n. 8. pag. 27. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 24. num. 1. Quaranta in summa Bullarii, verb. Ordo, Iacob de Grassis in aureis decis. part. 2. lib. 3. c. 12. n. 6. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. à n. 16. Coninch. de sacram. disp. 20. dub. 9. n. 93. me citato in hoc loco, Alzed. de praeclent. Episcop. dignit. p. 2. c. 5. n. 42. cum seqq. Leon. Less. de iustitia lib. 2. c. 44. dub. 18. n. 19. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl. decis. 298. in 1. edit. & resol. 257. in 1. edit. & in decis. Curia Archiep. Neapol. dec. 317. p. 4. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi, c. 26. §. 1. Molfel. in sum. Theologia moralis tract. 2. c. 2. n. 5. Campanil. in diversorio Iuris Canonici, rub. 9. cap. 9. num. 8. cum seqq. novissimè Torreblanca in practica. Iuris spirit. lib. 2. c. 13. cum seqq. Bonacina de Sacrament. disp. 8. quasi. unic. puncto 4. à n. 8. Alphonf. Narbona lib. 20. gloss. 1. n. 130. tit. 1. lib. 3. nova Recopil. pag. 409. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. c. 1. dub. 22. Cardof. in praxi iudic. verb. Sacramentum Ordinis 25. latè Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. p. 2. c. 1. cum seqq. & p. 5. c. 5. 6. 7. & 8. novissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccl. c. 7. n. 24. Addunt aliqui quattum modum, scilicet ratione familiaritatis, de quo nihil in praesentiarum, sed alleg. seqq. commodius dicemus. Illud in hac materia est valde notandum, quod si subditus aliquo ex praedictis tribus modis semel elegisset unum Episcopum à quo aliquem Ordinem suscepisset, non posset variare, & assumere alios Ordines ab alio ex dictis Episcopis, nisi Episcopus, qui prius illum ordinavit, indicasset causam ordinationis, & remitteret Ordinatam ad alium ex dictis Episcopis: ita post Archid. in cap. nec captanda, de concess. prab. Achil. de Grassis decis. 13. de pensionib. Quarantam, & Ricc. observat. Molfel. d. c. 2. num. 10. reddens rationem, quia si semel factus est subditus Episcopi ordinantis, cujus est onus providere illi de beneficio, & sic aliis iuribus Episcopalibus, non potest talis subditus eligere alium Episcopum in praedictum electi per primam ordinationem.

Episcopus originis est Episcopus loci, in cujus dicecesi natus est, qui ordinandus est, glos. in c. 1. de usuris lib. 2. verb. alienigenas, l. qui ex vico, ff. ad municip. Ioan. And. in d. c. cum nullus, num. 3. Henriq. d. lib. 10. cap. 22. §. 1. Campan. d. c. 8. num. 9. Piasec. in praxi nova Episcop. d. cap. 1. n. 9. Bonacina d. puncto 4. num. 13. Vgolin. de potest. Episcop. c. 26. §. 1. n. 3. Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 2. c. 1. quasi. 5. n. 1. latè Marchin. de tract. 1. part. 5. c. 6. D. Acuña in comment. ad princ. dist. 71. n. 2. † Originarius enim, seu oriundus dicitur à sua propria origine, ut probant text. in l. 4. C. de incolis lib. 10. & l. 1. ff. ac municip. Boër. decis. 272. Ioseph. Ludov. Perus. decis. 3. n. 15. Aloyf. Ricc. d. resolut. 257. n. 2. Thom. Valasc. d.

alleg. 5. n. 17. D. Acuña d. princ. dist. 72. n. 4. in fine, ubi etiam quis baptizatus est, inde tradere originem dicitur, & per librum Baptismi probari potest origo, Rebuff. in tract. de pacificis possess. num. 217. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. à n. 205. Gregor. per text. ibi in l. 2. verb. Christiano, tit. 24. part. 4. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 75. à n. 16. latè Alphonf. Narbona dist. loco, n. 148. cum seqq. pag. 413.

Origo etiam patris inspicitur ad Ordines suscipiendos, itaut quis ratione paternae originis possit Ordines suscipere ab Episcopo loci, in quo ejus pater natus est, ita Thom. Valasc. d. alleg. 5. §. 1. num. 21. Marcel. Vulpe d. c. 7. sub n. 24. Zerola in praxi Episc. p. 2. verb. dimissoria, pag. 40. Paul. Comitol. d. lib. 6. q. 45. gloss. in d. c. cum nullus, verb. alienigenas. Bonac. d. puncto 4. num. 13. Vgolin. d. cap. 26. §. 1. n. 4. Gutier. de matrim. cap. 63. num. 29. Campan. d. cap. 8. num. 9. Aloyf. Ricc. d. resol. 257. n. 4. & Neapol. decis. 317. n. 2. p. 4. Molfel. d. num. 5. Prosper de Augustino ad Quarant. in summa Bullarii verb. Ordo, vers. quoad tertium, Nav. cons. 19. incip. N. filiusfam. de tempore ordin. in novis, Ioan. Franc. in suo enchirid. casuum, verb. Ordo, vers. ordinari nemo potest, Antonin. Diana moral. resol. p. 4. tract. 4. resol. 148. Marchin. d. tract. p. 5. c. 6. n. 1. 14 & 17. me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. cap. 5. n. 44. † Ius enim civile indicat locum originis cum esse, in quo ejus pater natus est, ex l. assumptio. §. 1. ad municip. & l. si ut proponis, C. de incolis, lib. 10. Alciat. in l. 1. 47. n. 4. ff. de verbor. signif. Petr. Greg. in tract. de usuris, lib. 3. cap. 1. n. 15. Campan. d. c. 8. n. 8. Et oriundus dicitur à nativitate propria, vel vel paterna, lal. in l. huiusmodi §. legatum, n. 18. ff. de legatis 1. Mandof. ad regul. Cancel. reg. 16. q. 40. Ioseph. Gonzal. Flores var. c. 46. à n. 3. Ioseph. de Sella Aragonia decis. 30. Lexicon Iuris verb. Oriundus, Sichard. eod. verb. Garcia Foletan in lucerna rubricarum trium librorum Codicis super d. rub. de incolis, lib. 12. n. 2. Marchin. d. c. 6. n. 15. Imò † ut quis originarius dicatur, non solum requiritur ut sit natus in loco, sed quod parentes sibi domicilium contraxerint, Doctores in cap. Rodolphus, de rescript. Rot. Rom. decis. 327. n. 3. p. 1. divers.

Ex quibus infero subreptitias non esse litteras Apostolicas dispensationis, vel beneficii, in quibus diceret quis se oriundum ex civitate Neapolitana, cum re vera esset oriundus ex civitate Vrbe veteri, si ejus pater in dicta civitate Neapol. natus sit, ut tenet Mar. Anton. variarum resol. lib. 1. resol. ult. casu 33. cum seqq. quamvis Nicol. Garcia de benefic. q. 7. c. 3. 25. asserat particulam, oriundus, ex stylo accipi pro orto, nam de tali stylo non constat, nec de eo testatur Mandof. dict. quasi. 4. num. 3. quem adhuc refert.

Hinc etiam sequitur p. riter, subreptitias non censi ferri Apostolicas litteras, si aliquis dicat se esse de tali loco, cum in illo non fuisset natus, sed tantum ejus parens, quia etiam si dictio, de, naturalitatem, seu originem importet, ut probat text. in l. 1. ff. ad municip. Surd. decis. 29. num. 15. sub nomine origo, non tantum intelligitur propria, sed etiam paterna, ut dictum est: ita etiam dicerem quando addita fuerit dictio, † ex, quae etiam si naturalitatem exigit, nec sit civili contenta, ut post multos probat Cald. Pereira de potestate eligendi, c. 13. num. 21. quia praedictae dictiones verificari possunt data in illo loco origine paterna, non tamen ad illarum verificationem sufficere ibi beneficium, seu domicilium habere, & etiam si illud habitum sit per decem annos, & ultra; illa enim † habitatio solum facit incolam, seu domiciliarium, non tamen ortum, seu oriundum, ex l. 1. cum sequentibus, C. de municip. l. 2. Cod. de incolis, lib. 10.

lib. 10. tenet Gregor. Lopez l. 2. verb. *magner*, vers. *adverte tamen*, tit. 24. partita 4.

12 Quamvis ex origine patris filius dicatur oriundus, seu originarius illius loci, in quo pater natus est, ut *supra* diximus, succedatque in honoribus & muneribus tam personalibus, quam realibus, non modò temporalibus, sed etiam spiritualibus, quemadmodum notant Boët. *decis.* 13 n. 13. & 15. & Gu-
 13 tier. *conf.* 7. num. 1. † tamen ex origine avi non dicitur nepos originarius illius loci, in quo avus natus est ad Ordines suscipiendos: ita Cov. *de sponsalibus* p. 2. c. 7 §. 1. n. 15. quem refert, & sequitur Aloyf. Ricc. *de resol.* 257. num. 5. Marchin. *d. tract.* 1. p. 5. cap. 6. n. 2. Vgolin. *d. c.* 16. §. 1. post n. 3. *vers. excipitur*, ubi agens de libertinis, seu libertis, dicit illos posse Ordines suscipere non solum ab Episcopo suæ originis, sed dominorum: nam illorum originem sequuntur, & non patris, ut probat text. in *d. l. assumptio*, in fine, junctâ *l. seq. ff. ad municip.*

14 Cùm filius originem patris, & non matris sequatur, ut probat text. *l. 2. C. de municip. & originar. lib.* 10. cum latè traditis per Pichard. *de nobilitate communicativa*, n. 9. cum sequentibus. † non poterit ordinandus apud Episcopum originis suæ matris Ordines accipere, nisi pater non esset legitimus; quia tunc non ejus origo, sed matris, quoad illegitimum filium inspicitur, *l. 1. in fine. ff. ad municip. & l. ejus qui. ff. eodem*, ubi Neratius inquit: *Ejus qui justum patrem non habet, prima origo à matre, atque eo die quo ex ea editus est, numerari debet*, Thom. Valasc. *d. alleg.* 5. n. 11. Marchin. *d. tr.* 1. p. 5. c. 6. n. 4. Marcel. Vulpe *d. c.* 7. n. 24. in fine. Alzedo *d. p.* 2. c. 5. n. 45. Sic etiam dicendum de vulgò quæsito, talis enim matrem sequitur, *l. cum legitime. ff. de statu hominum*. Ita etiam † quando deest patris domicilium, maternum est sequendum, juxta resoluta per Gonzal. *dict.* §. 1. à n. 14. & Piaseq. *in praxi nova Episcopali*, d. c. 1. n. 19. *vers. ratione*.

17 Expositus tamen, cujus parentes ignorantur, non solum judicabitur municeps, & civis loci, in quo natus est, sed etiam loci, in quo est expositus, Steph. Gratian. *discept. forens.* c. 75. n. 12. Mandos. *de atate minori*, c. 1. à n. 22. Parens meus in remiss. *ad Ordin. Reg. Lusit.* lib. 2. tit. 55. in princ. n. 1. Alphonf. Narbona *d. loco*, n. 156. cum seqq. pag. 414.

18 Qui verò fortuito natus est aliquo in loco, per quem mater pertransibat, aut illuc non animo permanendi iverit, aut pater ad matrem accesserat absque animo ibi permanendi, & interim filium peperisset, quem postea absque eo quod contraheret domicilium, ejus parens cum tota familia traxerat ad locum, unde digressus fuerat, talis filius non diceretur civis illius loci, in quo sic per transennam natus fuit, neque ratione originis sequeretur forum dicti loci, sed patris originem: ita Panorm. *in c. Rodulphus*, n. 9. ubi Felin. n. 13. *de rescriptis*, Gutier. *d. confil.* 7. n. 7. Cevall. *communium contra commun.* q. 458. n. 17. non enim inspicitur quod per accidens est, sed quod per se, juxta vulgaria lura resolvit Vgolin. *d. §.* 1. n. 5. ubi etiam asserit originem habere filium in domicilio patris, † si in mari natus sit; quare non ab illius civitatis Antistite, ubi sic per transennam natus fuit, nec ab alio de ipsius licentia promoveri posse tenent Navar. *conf.* 31. *de temporibus ordin.* Hé-
 19 riq. *in sum. lib.* 10. c. 22. §. 1. Campan. *d. c.* ap. 8. n. 10. Thom. Valasc. *d. alleg.* 5. num. 19. Alia plura ad hanc materiam spectantia videbis apud Mascard. *de probation. concl.* 1141. n. 6. cum seqq. Rebuff. *de privilegiis schol. privil.* 75. in fine. Stephan. Gratian. *d. c.* 75. Cevall. *d. quest.* 458. Cald. Pereira *in responso pro Joanne Tasso*, n. 13. D. Barbof. *in l. heres absens*, §. proinde, in art. *de foro ratione originis*, n. 9. cum sequent. ff. *de judic.*

Barbof. de Episcop. Pars I l.

Domicilium originis est immutabile, ex text. in *l. assumptio. ff. ad municipalem*, Navar. *comment.* 2. *de regularibus*, num. 34. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 23. num. 4. Marchin. *d. c.* 6. n. 9. nunquam enim censetur imutatum, ex Mascard. *de probat. concl.* 534. nec illi potest renunciari, ut per Bernard. Gravæ. *ad practic. Camera Imperialis*, lib. 2. c. 36. n. 2. Steph. Gratian. *d. c.* 75. n. 10.

At quid de professis in aliqua Religione, à qua ejecti ob delicta fuerunt Ordine, & habitu exuti? Dicendum est ab Episcopo suæ originis esse ordinandos, dummodò habiles sint. Ita tenent Portel. *in dubiis Regul. verb. Ordines*, num. 11. Vgolin. *d. §.* 1. num. 6. & cap. 20. n. 9. in fine, Aloyf. Ricc. *de resolut.* 257. n. 4. in fine, & in *praxi aurea resol.* 185. Navar. *conf.* 84. *de Regularib. in novis*, alias 9. *de atate & qual. in antiq.* Sayr. *in floribus decis. sub illo tit. de atate*, *decis.* 9. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 6. *quest.* 185. Campan. *in divers. Juris Canon. rub.* 12. cap. 15. numero 7. Fratt. Ludouv. Miranda *in man. Pralat.* tomo 1. *quest.* 52. art. 4. *concl.* 2. Sanch. *in opuscul. moral. lib.* 7. cap. 1. *dub.* 24. numero 3. Laurent. de Franchis *in controv. inter Episcop. & Regul.* pag. 220. in *resp. ad* 7. Ego ipse in *collect. ad cap. ult. n. 11. de Regular.* Marra *de Jurisdic. p.* 4. *casu* 192. n. 4. Contra Fr. Emman. Azor. Molin. & Lessium, quos refert, & sequitur Sanch. *in precepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. cap. 9. num. 29. asserentes hos minimè teneri Episcopo alicui certo obedire, sed tantum instar aliorum clericorum Episcopo subijci, in cujus dicecesi habitaverint. Sed adverte hodie ex Bulla S. D. N. Urbani VIII. hos ejectos esse suspensos, ac proinde ordinari non posse; quam constitutionem habens in fine hujus Tractatus, & per illam sic docet Laurent. de Franchis *ubi supra*, qui etiam in *resp. ad* 1. pag. 219. monet Regulares per suos Superiores à Religione, servata forma dictæ Bullæ Urbani VIII. ejectos præsentare se debere coram Episcopo loci, & subdere se illius obedientiæ, & ab eo expectare quid agere debeant, & in *resp. ad* 3. subdit pertinere ad Episcopum perquirere, an justè, vel injustè, fuerint ejecti?

Secundo modo efficitur quis subditus & dicece-
 22 sanus Episcopi, ratione scilicet domicilii. Quod quidem contrahitur si quis transferat se ad habitandum in aliquo loco, & declarat expressè se habere animum ibi contrahendi domicilium. Est enim † habitatio animi destinatione perpetua, in qua
 23 quis rerum suarum magnam summam constituit *l. 1.* ubi Bart. n. 11. *l. assumptio*, §. *Jurisprudensibus*, ibique idem Bart. n. 2. *ff. ad municip. l. Cives*, *C. de incolis lib.* 10. c. cum nullus, ubi gloss. *verb. domicilium*, *de tempor. ordinat. lib.* 6. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallia*, in *tr. de domiciliis elect.* in *prax.* n. 9. Menoch. *de arbi. tr. casu* 86. à n. 6. & *lib.* 6. *de presumpt. quest.* 42. n. 2. Ceval. *commun. contra commun. quest.* 604. à n. 54. Decian. *tract. crim. lib.* 4. c. 16. num. 8. Mascard. *de prob. concl.* 535. n. 13. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 23. à princip. Stephan. Gratian. *discept. forens.* c. 181. numer. 10. cum sequentibus. D. Didac. *de Britto in conf. in causa majoratus Regia corona*, *quest.* 3. à n. 1. Marra *in votis novissimar. decis. voto* 5. Farin. *fragment. crimin. p.* 1. *littera D. n.* 208. Gut. *in tract. de gabellis*, q. 114. n. 7. novissimè Torrebl. *d. lib.* 2. c. 3. n. 10. Rot. *in Granat. Capellania*, 1. Decembr. 1606. coram Card. Marquemont. impressa per Farin. *decis.* 188. num. 1. & 2. p. 2. *recent.* ubi asserit tantum domicilium probari ex animo habitandi, & permanendi, quando scilicet quis cum tota familia mobilia bona transportavit, & habuit domum apertam; & in eo † di-
 24 ferunt domicilium, & habitatio, quia domicilium est locus originis, vel perpetuæ habitationis: habitatio

verò est commoratio in loco per accidens, & animo aliò se transferendi. Unde ad habitationem sufficit habitare pro aliquo tempore ex aliqua causa, puta litis, vel studiorum: at ut aliquis in aliquo loco domicilium habere dicatur, requiritur animus perpetuò permanendi, sine quo non contrahitur domicilium, *l. cives, C. incol. lib. 10.* Menoch. *de pres. 42. n. 2.* & *de arbitr. casu 86.* Sanch. *d. disp. 2. numero 1.* Vbi enim constat de animo & voluntate absque aliquo lapsu temporis, acquiritur domicilium, Bald. *conf. 313. n. 1. lib. 4.* Sim. *de Prettis conf. 119. n. 8. lib. 1.* Rot. *dec. 150. n. 7. p. 2. diu. & dec. 188. n. 3. p. 2. recent.*

25 Quando etiam quis habet animum recedendi, licet per mille annos, non contrahit domicilium, Joseph Ludov. *Perusina decis. 76. num. 1. cum sequentibus.* Menoch. *de arbitr. casu 86. n. 7.* Marchin. *de sacram. Ordinistr. 1. p. 5. c. 7. n. 1.*

26 Ex quibus quoad nostrum propositum sequitur illum, qui non longo tempore degit in aliquo loco, dum tamen habuerit animum perpetuò in eo permanendi, quamvis illum statim mutet, dum actu non mutaverit habitationem posse ab illius Antistite, aut ejus accedente consensu ab alio ordinari. Ita Navar. *conf. 10. in antiq. & conf. 2. in novis, de temporibus ordinat.* Aloyf. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, resol. 263.* Bonacina *d. puncto 4. n. 4. cum sequentibus, Ugolin. d. c. 26. §. 1.* Campan. *d. c. 8. num. 18.* Henric. *in sum. lib. 10. cap. 27. §. 1.* Majol. *de irregular. lib. 4. c. 2.* Jacob de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 3. cap. 2. n. 1. vers. sextum, Cened. canon. quest. lib. 1. quest. 98. num. 3.* Alphons. Narbona *ad l. 20. glos. 2. n. 9. cum seqq. tit. 1. lib. 4. nova Recop. pag. 388. & seqq.* Marchin. *de sacram. Ordinistr. 1. p. 5. c. 7.* Nald. *verb. Ordo, num. 20.* Homobon. *de Bonis de examine Ecclesiastico tractat. 2. c. 1. quest. 5. n. 2.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 2. c. 2. n. 6.* optimè Fagundez *in quinque Ecclesia præcepta, lib. 1. c. 8. num. 12.* ubi totus est in ostendendo domicilium hujusmodi animo, & facto semel acquisitum non posse deseri solo animo,

27 sed animo, & facto. † Qui in Vrbe, sive alibi per decem annos resederit, potest ibi à Vicario Sanctissimi ordinari, ut testantur decisum Armend. *in add. ad recop. legum Navarra, lib. 1. tit. 18. l. 7. n. 49.* Molfes. *in sum. Theologia moralis, tract. 2. c. 2. n. 32.* Breviori tempore domicilium contrahere intendens animum ibi perpetuò manendi, suamque voluntatem verbo, vel facto declarare debet, ex Bald. *consil. 393. incip. Punctus talis, n. 2. lib. 1.* atque idè si ultra verba emit illic domum, aut aliam possessionem, vel eam conduxerit, ut per Rotam Roman. *decis. 150. incip. Domini dixerunt, n. 8. p. 2. divers.* Prosp. de Augustino *in addit. ad Stephan. Quarant. in sum. Bullarii, verb. Ordo, vers. circa tertium, Ugolin. d. §. 2. n. 2.* Campan. *d. num. 8.* Marchin. *d. tract. 1. p. 5. c. 7. n. 6.* & hoc intelligitur cum quis in locum aliquem majorem partem bonorum transfert, & ibi contrahit, dies festos celebrans: aliter enim sola emptio domus, vel alicujus partis bonorum domicilium non facit, capite *Dilectus, de rescript. cap. si Episcopus, de parochis, d. cap. cum nullus.* Ita Piaficc. *d. c. 1. n. 9. vers. vel sui,* Aloyf. Ricc. *d. resol. 263. n. 2.* Præcipua enim conjectura, & præsumptio propensi animi ad acquirendum domicilium ea est, si quis non solum habitationem transferit, sed & simul secum familiam, & omnia bona sua, vel eorum majorem partem tulerit; nam ex illa rerum suarum translatione conjecturatur, & præsumitur animus alicubi permanendi, & ibidem domicilium, & viciniam acquirendi, *d. l. cives, C. de incolis, lib. 10. leg. 2. C. ubi senat. vel clariff.* Ugolin. *de officio Episcopi part. 2. c. 26. §. 2. num. 2.* D. Barbof. *in l. hares absens, §. fin. n. 80. de jud. Narbona d. loco, n. 64.* Marchin. *d. tract. 1. §. 5. c. 7. n. 7. vers. secundò.*

Quod si dubitetur de animo, quem nusquam verbis, vel facto insinuavit, ad conjecturas recurrendum est, in primis si assidua probetur habitatio in aliquo loco non minori tempore decennii, ut tenent Doctores per text. ibi *in d. l. 1. C. de incol. lib. 10.* resolvunt Mascard. *de probat. concl. 534. n. 7.* Piaficc. *ubi proximè, Surd. conf. 346. num. 4. Rot. d. decis. 188. n. 3. p. 2. recent.* Ugolin. *d. c. 26. §. 2. n. 2.* Narb. *citato loco, n. 68.* Marchin. *d. c. 7. n. 3.* Rot. *in Arimin. gabella, 19. April. 1627. coram Card. Virili, Aloyf. Ricc. dict. loco, Bonacina d. punct. 4. n. 14.* Campan. *d. n. 18. vers. quod si, Menoch. de arbitr. casu 68. n. 13.* ubi observat quod quando sumus in dubio, ex cursu decem annorum, dummodò sint continui, præsumitur quod ille noluerit recedere, nisi adsit aliquod indicium illum non habere animum permanendi ibidem.

Quod accidit in scholaribus, & Castellanis, qui semper cogitant de redeundo ad patriam, ut per Steph. Gratian. *discept. forens. c. 181. n. 4. & 5.* Farinac. *fragment. criminal. part. 1. litera D. num. 215 & 222.* Piaficc. *in praxi nova Episc. ubi proximè, Alphons. Narbona ubi supra, n. 23. vers. sic & scholaris, Ignat. del Villar. in sylva responsorum lib. 1. resp. 7. p. 5. n. 21. ubi n. 24. idem dicit de famulo, qui ad tempus domino servit; quamvis credat scholarum decennio, aut longiori tempore civitatem habitantem studii causâ inibi acquisivisse domicilium propter hoc temporis spatium, Ioan. And. in cap. quod clericis post n. 4. ubi Aretin. n. 7. de foro comp. Bart. in l. lex Cornelia, §. sitamen, n. 1. ff. de injur. Menoch. *de casu 86. sub n. 22.* Quos quidem Doctores intelligerem quando hujusmodi scholaris studio finito, decennali tempore, & majori commoratus sit, ex quo deduci possit magis habere animum domicilium contrahendi, quàm studendi, ut ex Stephan. Gratian. *d. c. 181. n. 6. & 7.* resolvit Alphons. de Narbona *loco proximè cit. † Animum autem recedendi à civitate non habet ille, qui in ea relinquit filios, ex Tiraq. in l. si unquam, in princip. Cod. de revoc. donat.* ubi etiam resolvit, quod † si ex statuto absentes non potiantur privilegiis Civitatis, satis est patrem esse in civitate, ut filius absens privilegiis potiantur.*

Baro an possit assumi ad Ordines ab eo Præfule in cujus diocesi habet feudum? Et posse resolvit Campanil. *l. c. 8. num. 20.* ubi ampliat etiam si in feudo non habitet Baro, alibique retineat domicilium, me citato *in hoc loco* Marchin. *de tract. 1. part. 5. c. 7. num. 15.*

Sic etiam alii horum Baronum adipiscuntur domicilium in eodem loco, in quo genitor propter dictum feudum contraxit, argumento text. *in d. l. assumptio, §. filius, & in l. libertus, §. patri domicilium, ff. ad municip. nam ut originarius quis dicatur, non solum requiritur, ut sit natus in loco, sed quod parentes etiam domicilium ibi contraxerint, Rota Rom. diversor. decis. 327. num. 3. part. 1. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. final. casu 33. in fine;* quibus fundamentis hanc partem sequitur Campan. *dict. cap. 8. num. 21.* quamvis ipse in investiganda hujus questionis veritate diù se moratum esse asserat, me citato *in hoc loco* Marcel. *Vulpe d. c. 7. num. 36.*

Senator etiam, aut alter quivis officialis perpetuus alicujus Principis, quamvis ejus loci, in quo Senatoriam exercet dignitatem, minimè sit civis, ex text. *in l. cives, C. de incolis, lib. 10.* domicilium tamen illic acquirere tenet Anna filius, rescribens votum paternum *in observat. 7. incip. Placuit,* per text. *in l. Senatores, eodem tit. de incol. & per consequens ordinari posse ab Episcopo loci in quo hujusmodi domicilium contraxit, resolvit Campan. d. c. 8. n. 22. & n. 23.* advertens ad illorum filios hoc extendi, latè in terminis

nis Thom. Valasc. d. alleg. 5. n. 38. cum seqq. & Marchin. d. c. 7. n. 16.

35 Relegatus retinet domicilium in eo loco, ubi habitat relegationis causa, ex text. quem ad hoc clarum suspicor in l. filii liberorum, §. relegatus, ff. ad municip. cujus verba sunt: *Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet*; ad quod dicendum impellor dictione illa, *interim*, verboque illo, *necessarium*; nam quamvis post quæsitum domicilium mutari possit, attamen dum quæritur & retinetur, abesse debet animus ab eo discedendi, & ideo destinatus animus, illicque permanendi adesse dicitur, prout requiritur ad quærendum domicilium, ut supra dicitur. Non tamen obliviscor Vlpiani auctoritatem in l. ejus qui manumissus, §. fin. ff. ad municip. qua probatur relegatum domicilium eo loci unde arceatur, habere: ubi gloss. ultim. exponendo illa verba, *unde arceatur*, dicit, id est in quo: sed hujusmodi Vlpiani responsio nonnullam affert contrarietatem cum Paulo Jurisconsulto in d. §. relegatus; rejecta enim glossæ distinctione dicentis in perpetuum relegato planum esse, quod in dicto §. relegatus, asserit Paulus Jurisconsultus, aliàs non ita, quasi insinuet tunc procedere Vlpiani dictum: tenendum igitur est relegatum domicilium habere eo loci unde arceatur, scilicet ab eo unde trahit originem, & in eo loco in quem relegatus est; exclusa denique intelligentia de exulato in perpetuum, propter dictionem, *interim*, de qua in dicto §. relegatus; de quo tamen vide Petr. Gregor. in tract. de beneficiis, c. 36. n. 20. Campan. d. cap. 8. n. 25. licet superfluum hanc quæstionem putem, cum relegatum ordinari non posse certum sit, tanquam subiectum pœnæ: quoad filios tamen non dubitatur, nisi aliud canonicum obstat impedimentum.

36 Libertus insuper si promoveri petat in illis casibus, quibus potest, ab illo Præsule erit assumendus ad Ordines, qui est superior ejus loci, unde trahit originem patronus; quia ejus loci est ipse libertus municeps, non ubi patronus habet domicilium; ita Campan. d. cap. 8. num. 23. ubi etiam asserit, † expositos ab eo posse ordinari Antistite, qui ejus est loci Ordinarius in quo expositi sunt, cum parentes ignorantur, quia illius sine dubietate effecti sunt cives, ex Bart. in l. 1. n. 21. ff. ad municip. Hippol. in l. infans, num. 10. ff. ad legem Cornel. de sicar. Mandos. in tract. de minori atate, c. 1. num. 34. Stephan. Gratian. d. c. 75. num. 12.

37 Duobus in locis domicilium habitationis habere quis potest, si æquè in duobus locis habitaret, leg. Labeo, §. assumptio. l. ejus §. Celsus, ff. ad municip. c. 2. de sepultur. lib. 6. gloss. verb. domicilium, in c. pen. de temp. ordin. eod. lib. Socin. in cap. fin. num. 21. de foro compet. Alphonf. Narbona ubi sup. n. 58. Marchin. d. tr. 1. p. 5. c. 7. n. 10. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 24. num. 2. Vgolin. d. c. 26. §. 2. n. 3. Lotter. de re benefic. lib. 1. c. 20. à n. 48. Rot. d. decis. 188. n. 4. p. 2. recent. & ita apud Episcopum unius ex locis poterit ordinandus Ordines suscipere, ut videtur insinuare Vgolin. d. c. 26. §. 2. n. 3. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. n. 11. quando 38 verò † hujusmodi domicilia non sunt æquè principaliter contracta, in illis scilicet circumstantiis, quæ requiruntur ad illud verè contrahendum, principaliter semper inspiciendum est, Menoch. consil. 398. num. 23. Ioseph. Ludovif. Perusin. decis. 85. num. 5. nec illo priyatur si justa ex causa ad alias migrasset civitates, & provincias; propositum tamen habuerit redeundi, ut tenent Roman. consil. 264. num. 3. Campan. d. cap. 8. num. 18. vers. cum itaque; † propositum verò aliò migrandi, & non redeundi, præsumitur ex eo quod quis recedit ab aliquo loco cum supellestili, ex Mascard. concl. 99. num. 6. vel familia sua, Farinac.

fragm. crimin. p. 1. lit. D. num. 214. Hinc si quis duo domicilia sub diversis Episcopis haberet, in quibus si non æquis Mathematicis temporibus, saltem prope æqualitatem habitaret, posset indifferenter à quocunque ex his duobus Episcopis ad Ordines promoveri, quia ratione utriusque domicilii fit singulis subditus, Molfes. in sum. tract. 2. c. 2. n. 6. Marchin. d. tr. 1. p. 5. c. 7. n. 13.

40 Quæsitum jam domicilio ex supradictis causis, potest Episcopus domiciliario prædicto Ordines conferre, Vgolin. dict. cap. 26. §. 2. per tot. Piafec. dict. c. 1. numero 9. vers. vel sui, Alphonf. Narbona ubi supra, num. 131.

41 Nullus tamen ratione domicilii ordinari potest, nisi prius consulto priore Episcopo, cum locum suum primum illo inconsulto deserere non possit, Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 16. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. dimissoria, §. 1. Alphonf. Narbona d. loco, n. 132. Piafec. d. c. 1. n. 10. vers. ampliatur 2. Sed in hoc omninò falluntur, nec prædictum Trident. decretum, quod referunt, suam probat intentionem; verius enim est non requiri Episcopi licentiam in domicilio mutando, ut habetur in cap. fin. ubi notat Abb. numero 1. de paroch. & observant Vgolin. d. c. 26. §. 2. numero 2. Campan. dict. cap. 8. num. 25. tenetur tamen portare veritatis testimonium circa mores, sufficientiam, ac natalia, nisi à teneris annis domicilium fuerit translatum, & illic habitatio continuata usque ad tempus promotionis, in quo potest tunc seruari quod disponit Conc. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 5. circa diligentias ordinandorum præmittendas.

Illud tamen consideratione dignum existimavimus in hac materia, quod scilicet Episcopus ratione domicilii tantummodo potest aliquem prima Tonfura, vel minoribus Ordinibus initiare, non verò aliis ordinibus, ubi Episcopus originis eundem ordinasset ad titulum beneficii requirentis residentiam, vel ad titulum patrimonii pro utilitate & necessitate suæ Ecclesiæ; tunc enim etsi dictus clericus domicilium ad alium Episcopatum transferret, non posset ab eo Episcopo ratione domicilii contracti promoveri ad Diaconatum, vel Presbyteratum; quia tunc remitti debet ad priorem Episcopum, ut inseruiat Ecclesiæ, cui prius fuit adscriptus. Ita tenent Quarant. in sum. Bullarii, verb. Ordo, vers. circa tertium, Piafec. d. p. 1. c. 1. n. 9. v. ampliant secundò, Julius Cæsar Madius de sacris Ordinibus c. 8. n. 11. vers. quod de clerico, quos refert & sequitur Marchin. d. tr. 1. p. 5. c. 7. n. 14.

42 Tertio modo, habito respectu ad Ordines suscipiendos, quis subiectus est Episcopo Diocæsis, in qua beneficium ipse habet, & potest ab illo ordinari, seu ab alio de ejus licentia, quamvis aliàs ei alio modo subditus non sit, Probat text. in cap. cū nullus, de tempor. ordinat. lib. 6. tenent Burg. de Paz l. 3. Tauri, n. 398. cum pluribus seqq. Alphonf. Narbona d. loco, n. 204. cum seqq. pag. 420. & seq. Piafec. in praxi nova Episcop. part. 1. c. 1. n. 10. vers. ratione beneficii, Mar. Antonin. var. lib. 1. resolui. fin. casu 28. Campan. in diversor. Juris Canon. rub. 9. cap. 8. n. 11. Armendar. in addit. ad recop. legum Navarra, lib. 1. titul. 18. l. 7. in declar. n. 61. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. ref. 258. in 2. edit. & in praxi aurea ref. 49. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 26. §. 3. Nicol. Garcia de benefic. part. 2. c. 4. à num. 1. Bonacina de Sacrament. disputat. 8. quas unic. punct. 4. n. 14. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 2. c. 1. quas. 5. num. 3. Molfes. in sum. Theologia moralis, tractat. 2. c. 2. num. 7. Squilantes de privileg. cleric. c. 4. num. 237. cum seqq. Scip. de Rubeis in suis aphorism. Episcop. lib. verb. Ordo. sub num. 18. Thom. Valasc. alleg. 5. à num. 26. Sanch. dict. lib. 7. cap. 1.

- 43 *v. i. dub. 23, ubi num. 15, subdit domicilium comparatum ex beneficio finiri beneficio dimisso late Marchin. d. tract. 1. part. 5. c. 8. per tot. novissime Marcel. Vulpe d. c. 7. num. 27. Torreblanca d. lib. 2. c. 13. num. 12. †. Clericus enim habet domicilia, & est civis illius Diocesis, in qua situm est ejus beneficium, dum illud possidet. Bart. in l. haeres absens, §. proinde, num. 5. ff. de judic. & in l. 1. num. 13. ff. ad municip. Palat. in repet. rub. §. 39. num. 1. Boët. decis. 260. incip. Praesupposito, num. 20. Cardos. in praxi judicum, & advoc. verb. domicilium, n. 6. Thom. Valasc. d. alleg. 5. num. 29.*
- 44 *Amplia primò, procedere in beneficio tenui, ratione cujus sit beneficiatus subditus illius Episcopi, in cujus Episcopatu extat, quia d. c. cum nullus, & alia hujusmodi, non explicant valorem & qualitatem beneficii, sed simpliciter, ac generaliter loquuntur; tum quia multi Canones de beneficio verba facientes, locum habent in beneficio etiam tenui, puta text. Concil. Trident. in c. 6. sess. 23. de reformat. concedens tonsurato, † vel possidenti beneficium, gaudere privilegio clericali nedum in civili, sed in capitali etiam causa; qui intelligitur, si quodcumque quavis exiguum possideat beneficium, ut per Navar. in tractat. de horis canon. cap. 21. num. 21. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 10. c. 3. vers. secunda opinio, Nicol. Garcia de benefico. part. 1. cap. 6. num. 37. & part. 2. c. 2. num. 3. Quibus fundamentis hanc ampliationem tenent idem Garcia d. part. 2. c. 4. num. 8. Henriquez in sum. lib. 10. c. 22. §. 1. juncto commento, litter. C. & c. 17. in commento lit. Q, Campanil. d. c. 8. num. 12. & rub. 8. c. 5. num. 19. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resolut. 49. n. 1. Diana moral. resol. p. 4. tract. 4. res. 51. Marchin. d. par. 5. c. 8. n. 14. ubi secus dicit si beneficium sit tenuissimum, Vulpe d. cap. 7. n. 27. Quamvis contrarium, imò præfatum Episcopum ratione beneficii tenuis sacros Ordines conferre non posse teneant Piafec. d. c. 1. num. 10. vers. ratione beneficii, Prosper de August. addit. ad Quarantam in summa Bullarii, verb. Ordo, Vgolin. d. c. 26. §. 3. in fine, Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl. resol. 260. & part. 3. decis. 77. Squillante de privil. cleric. cap. 4. dub. 18. num. 238. quorum opinionem illo tantum casu recipere, quando scilicet beneficium esset tenuissimum, ratione præsumptæ fraudis, veluti in reddente quatuor ducatos in anno, ut exemplificat Zerola in praxi Episcop. part. 1. vern. beneficia, §. 3. vel ad summum in reddente septem ducatos, ex Soto de Iustitia lib. 11. quest. 3.*
- 46 *Secundò amplia etiam si beneficium residentiam non requirat, nec in illo, aut Diocesi resideat, ex generalitate d. cap. cum nullus; quamvis enim ob beneficium requirens residentiam requirat beneficiatus domicilium in loco, ubi illud possidet, prout resolvunt Innoc. in c. ex ore, post num. 2. vers. item in casibus, de privileg. ubi Butt. num. 10. Rebuff. in praxi benefico. tit. de dispensat. de non resid. n. 74. vers. ad hac clericus, Vgolin. d. c. 26. §. 3. Maur. Antonin. var. res. lib. 1. res. ult. casu 28. vers. secundò, nam ratione beneficii, D. Acuña ad princip. dist. 71. n. 8. Mascard. concl. 534. n. 5. Card. Tusc. verb. domicilium, concl. 596. à. n. 1. Farin. fragment. crimin. part. 1. lit. D, n. 226. † Quo ad capiendos tamen Ordines etiam domicilium contrahitur in loco beneficii simplicis, & residentiam non requirentis, Henriq. in sum. lib. 10. de sacrâ. Ordinis, cap. 22. §. 1. Piafec. de cap. 1. n. 10. vers. secundò. Campanil. d. cap. 8. num. 12. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 49. n. 1. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. num. 30. cum seq. Vgolin. d. cap. 26. §. 3. vers. secundò locum habet, Alphons. Narbona d. loco, n. 214. pag. 421. Sanchez d. lib. 7. c. 1. dub. 23. num. 7. Marchin. d. tract. 1. part. 5. c. 8. n. 3. & 4. Quamvis March. An-*

ton Genuens. in sua praxi, c. 84. n. 3. asserat servari in Curia Neopolit. ut aliquis non ordinetur absque dimissoriis ratione beneficii simplicis; nam hujusmodi praxis non est Iuri consona: si enim text. in d. c. cum nullus, ejusque conditor comprehendere tantum voluisset obtinentem beneficia cum residentia, non utique adjunxisset verba illa, de beneficio Ecclesiastico, sed domicilii duntaxat, & originis meminisset; quia sub domicilio comprehendere obtinentem beneficium cum residentia, ut supra probavimus.

Tertiò amplia in possidente præstimonium, quia ibi domicilium habere dicitur, ac proinde ab Episcopo loci, ubi est situm præstimonium, vel Ordines, vel dimissorias obtinere potest, ut resolvunt Henriq. in sum. lib. 10. cap. 22. in commento litter. H, Campanil. d. c. 8. num. 19. vers. & qui, Marchin. d. c. 8. n. 5. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl. resol. 258. in fine, † Præstimonia enim inter Ecclesiastica beneficia connumerantur, c. fin. de concess. præbend. in 6. cum citatis à Nicol. Garcia, qui plures Doctores refert, de benefico. part. 1. c. 2. n. 117. Idem dicendum in Capellania, quæ est perpetua, & in titulum collata, Aloyf. Ricc. p. 2. decis. 190. Alphons. Narbona d. loco, n. 215. p. 422.

Quarò amplia, ut procedat etiam si non habeat beneficium in titulum, sed in commendam, si est ad utilitatem commendatarii, maxime perpetuam; quia ista reputatur titulus canonicus, seu habet vim tituli, ut resolvit Nicol. Garcia part. 4. de benefico. c. 4. & in nostris terminis hoc fundamento ita tenet p. 2. cap. 4. n. 10. ubi num. 11. ampliatur principalem resolutionem procedere, sive istud sit beneficium propter quod Ordinem recepit, sive non. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 49. num. 4. Sanch. d. lib. 7. cap. 1. dub. 23. num. 8. Marchin. d. part. 5. c. 8. n. 16.

Quintò amplia, ubi plura beneficia habet in diversis Diocesis, quia ab unoquoque illarum Antistite promoveri sine dubio posset: ita Anchar. d. c. cum nullus, num. 1. vers. circa secundum. Campanil. c. 8. n. 14. Sanch. d. lib. 7. c. 1. dub. 23. n. 17. Marchin. d. p. 5. c. 8. Nic. Garc. de benefico. p. 2. c. 4. n. 2. D. Acuña in comment. ad princip. dist. 71. n. 7. in initio, explota distinctione Felin. in cap. dilectus, il. 2. n. 3. de rescriptis, commendata à Bernard. in pract. c. 10. sub n. 1. & Vgolin. d. c. 26. §. 2. vers. quarto loco habet.

Advertendum tamen est, quod Episcopus, in cujus Diocesi est beneficium, poterit ordinare beneficiatum, etiam si beneficium esset subjectum alteri Episcopo quoad provisionem, id est, etiam si spectaret ad provisionem alterius Episcopi: secus si etiam quoad Iura Episcopalia, ut per Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam, verb. Ordo, vers. circa secundum, Campanil. d. cap. 8. n. 15. Nicol. Garcia d. part. 2. cap. 4. n. 15. Sanch. d. dub. 23. n. 12. Quamobrem † si beneficium unius Diocesis unitum fuerit alteri, vel præbendæ distinctæ Diocesis, non nisi Episcopo subesset, in cujus Diocesi extaret beneficium, vel præbenda, cui annectitur. Ita Campanil. d. num. 15.

Sextò amplia, ut non solum posset eum ordinare Episcopus beneficii, sed etiam cum eo dispensare in interstitiis, & etiam in illegitimatione ad minores Ordines; nam cum ratione beneficii sit subditus illius quoad Ordines, est etiam subditus quoad omnia concernentia Ordines, & illis annexa, per l. 2. ff. de jurisd. omn. jud. Ita Nic. Garcia d. p. 2. c. 4. n. 14. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 49. n. 3. D. Acuña in princ. dist. 71. n. 7. vers. 3.

Septimò amplia supradicta procedere habitâ beneficii possessione, ita ut non sufficiat sola collatio, seu

seu titulus, ad hoc ut efficiatur de ejus foro. Ita D. Acuña ubi sup. num. 7. vers. 4. Nic. Garc. d. part. 2. c. 4. n. 16. ubi n. 17. resolvit solam possessionem sine titulo justo sufficere. Quicquid teneat Aloyf. Ricc. part. 2. decis. 189.

56 *Octavo* amplia, etiam si beneficium habeat certum Ordinem annexum, puta Subdiaconatum, vel Diaconatum: tunc enim poterit ratione talis beneficii ordinari ab illo Episcopo, etiam ad alios Ordines, ut per Domin. num. 9. & Franch. num. 3 in dict. cap. cum nullus. Aloyf. Ricc. in dict. praxi aurea, resol. 49. num. 3. Marchin. dict. tract. 1. part. 5. cap. 8. num. 6. D. Acuña in comment. ad princ. dist. 71. num. 7. ubi tenet quod licet beneficium non requirat nisi primam tonsuram, adhuc Episcopus beneficii poterit omnes Ordines, tam minores, quam majores conferre beneficiario.

57 Limitatur tamen primo ex causa pensionis, quia illius ratione nulli subjicitur Præsuli, & promoveri ab eo non utique potest. Ita Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 302. in 1. impress. & resolut. 261. in 2. impress. Vgol. de potestate Episcopi c. 26. §. 3. vers. excipitur tamen primo, Campan. in divers. Juris Canon. lib. 9. c. 8. n. 17. vers. ex causa. Marchin. d. tr. 1. p. 5. c. 8. n. 10. D. Acuña in princ. dist. 71. n. 9.

58 *Secundo* limita, si beneficium obtentum fuerit in fraudem, quia tunc non juvat quoad susceptionem Ordinum ex gloss. in cap. eos qui, vers. figmento, in fine, de tempor. ord. Franch. in dict. c. cum nullus, prope n. 4. Piafec. in praxi nova Episc. part. 1. cap. 1. Aloyf. Ricc. resolut. 162. quamvis dubitet Campanil. ubi supra, n. 17.

Tercio limita ratione patrimonii, non enim potest quis ordinari ab Episcopo, in cujus diocesi patrimonium habet si ratione originis, aut alia de causa subditus non sit, Hieron. Venero de exam. Episcop. lib. 1. c. 12. n. 44. Campan. d. rub. 9. c. 8. nu. 17. Alzedo d. p. 2. c. 5. n. 61.

59 *Quarto* limita in habente præbendam temporalem, ratione cujus non potest quis ordinari ab Episcopo Diocesis, in qua eam habet, ut in terminis resolvit Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 49. num. 3. eo quod nihil spiritualitatis habeat cum æquiparetur prædio, & commoditati temporali pro solvendis salarii Advocati, Procuratoris, musicorum, & similibus, ut observat Gonzal. ad regul. Cancell. gloss. 5. §. 1. num. 9.

Sicut potest quis ordinari ab Episcopo originis, vel domicilii seu beneficii, ita etiam à quolibet eorum litteras dimissorias accipere poterit, ut ab illo valeat ordinari, ut notat Molfes. in sum. Theologiae moralis. tract. 2. c. 2. num. 21. observans sacram. Congr. censuisse, ut semper in hoc præferatur Episcopus loci, in quo quis habet beneficium.

60 Non modò seculares clerici, sed Religiosi præterea verantur Ordines suscipere ab alio Antistite, quam ab Episcopo illius loci, cui à Superiore Regulari deputati fuerunt. Anchar. in cap. cum nullus, num. 3. vers. quarto, de tempor. ordin. in 6. ubi Franch. post n. 5. Sylvest. verb. Ordo 3. num. 3. Miranda in man. Pral. q. 38. art. 2. tom. 1. Sanch. in opuscul. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 20. n. 44. & 45. & quamvis text. in dict. cap. cum nullus, §. religiosi, videatur per argumentum à contrario sensu probare, ut hoc procedat in Religiosis non exemptis, secus verò in exemptis, nihilo minus in exemptis hoc verum esse dicit ibi gloss. & Anchar. Franch. ac Gemin. Ipsi tamen licet dimissorias propriis Regularibus Superioribus obtinuerint, ordinari debent ab Ordinario loci, in quo situm est monasterium, licet in eis non requirantur alii modi quæsitæ Diocesis, ut ex decreto Sacrae Congreg. constat, & ordinatum fuit à Leone X. in Concilio

Lateranensi, in Bulla moderationis privilegiorum Religiosorum: refert Piafec. in praxi nova Episcop. part. 1. c. 1. num. 10. vers. quarto extende; ubi etiam dicit ab hac obligatione exemptos esse Patres Societatis Iesu quibus Gregor XIII indulget, ut à quocumque Antistite Catholico ordinari possint: refert Fr. Eman. quest. regul. tom. 1. quest. 18. art. 6. & ita alii Regulares, ad quos prædicta exemptio non extenditur, promoveri debent ab Episcopo loci, ubi degunt, vel ab alio, ejus accedente consensu, Henriq. lib. 10. cap. 23. §. 1. Thom. Valasc. d. alleg. 5. n. 84. cum seqq. accedentibus tamen litteris dimissoriis suorum Regularium Superiorum, Maiol. de irregul. lib. 4. c. 20. n. 2. Navar. conf. 22. in antiq. alias 36. in novis, de tempor. ordin. Sayr. in floribus decis. sub illo tit. decis. 24. Capan. rub. 12. c. 13. à num. 33. Fr. Ludov. Miranda in man. Pralat. tom. 1. quest. 39. art. 2. Campan. rub. 9. c. 3. & rub. 12. c. 13. à n. 33. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici, part. 1. cap. 4. num. 36. Hom. bon. d. tract. 2. c. 1. q. 2. in fine, Aloyf. Ricc. Neap. decis. 118. n. 3. p. 4. Lezana in sum. quest. Regul. c. 14. n. 12. per text. in cap. nullus, §. 8. dist. juxta modum, & formam traditam à Clem. Papa VIII. in sua ordinatione, quam refero alleg. 7. n. 18.

Si autem Regulares degant in Monasteriis sitis in locis nullius diocesis, debent ordinari ab Episcopo viciniore, ut supra Nald. in sum. verb. Ordo, n. 26. Lezana d. c. 14. n. 12. in fine.

Quamvis Pius V. Constitutione sua 37. incip. *Esti Mendicantium Ordo*, decrevisset Fratres hujusmodi etiam sacros Ordines à quolibet Antistite gratiam & communionem Apostol. Sedis habente, Ordinarii loci minimè requisita licentiâ, in locis, sive domibus Fratrum hujusmodi sive alibi, recipere posse: hæc tamen Constitutio revocata fuit per Greg. XIII. felicitis mem. in sua Constit. 15. incip. *In tanta rerum*, ubi dispositionem præfatæ Bullæ Pii V. reducit ad terminos Juris communis, ac Concil. Trident. quo attentò hodie Regulares non possunt ab Episcopis ordinari etiam in suis domibus sine licentiâ Diocesanorum, in quorum districtu eorum Monasteria sita sunt: refert Miranda in manuali Pralat. 1. q. 38. art. 3. Lezana d. cap. 14. n. 11.

An Episcopus valeat infra annum probationis ordinare novitium alibi natum, si tamen in ejus Diocesi moretur, & probationem faciat? Et licet videatur dicendum non posse, cum non sit Religiosus, indeque exire valeat, ita quod jura loquentia de ingredientibus monasteria intelligantur cum effectu, sequuta scilicet possessione, ut per text. in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. resolvunt Gutier. Canon. lib. 2. c. 1. à num. 20. Peregr. var. lib. 6. n. 59. Petr. Cened. pract. & Canon. qq. lib. 1. quest. 6. n. 17. Attamen Anchar. in c. cum nullus, n. 4. de tempor. ordin. lib. 6. ibique Franc. in finalibus verbis, affirmativam tumentur partem in hoc specifico casu, cum satis sit posse inibi perpetuò moram trahere, atque ideo de ipso tanquam de perpetuo judicari debeat sequitur Campan. d. tr. rub. 9. c. 3. n. 1. & novissimè Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. dec. 118. n. 6. p. 4. Lezana in sum. quest. Regul. c. 24. n. 6. vide alleg. 7. n. 33. non posse tamen hujusmodi novitios minoribus insigniti Ordinibus ab Abbatibus suis, dixi alleg. 3. n. 8.

Difficultas insurgit, an Episcopus faciens Ordines in aliqua Diocesi de licentiâ Diocesani, ordinare possit non solum personas eidem Ordinario subiectas, verum etiam clericos, & Fratres aliarum Diocesium legitimas licentias, atque dimissorias portantes? Affirmativam partem tenent Fr. Emman. in sum. p. 2. cap. 14. n. 7. Miranda in man. Pralator. tom. 2. quest. 38. art. 3. concl. unic. in fine, afferentes Concilii verba sess. 6. de reformat. cap. 5. ibi, in personas eidem Ordinaris

dinario subjectas tantum, ad hunc sensum esse intelligenda, quod predicti Episcopi ordinare non possunt eos, qui Episcopo Diocesano non sunt subjecti, nisi etiam ipsi à suis propriis Ordinariis litteras dimissorias habeant legitimas ad recipiendos Ordines, illasque repræsentent ante Episcopum Ordinarium; refert Alzedo d. part. 2. cap. 5. num. 21. ubi declarat, Vide Diana part. 4. tract. 4. resol. 144.

65 Circa Ordinum susceptionem magna sunt à Summis Pontificibus privilegia concessa sacrae Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani, quæ omnia cum statutis predictæ Religionis accepi in hac Romana Curia à perillustri, & Nobili D. meo Emmanuele Barbosa, consanguineo meo, ejusdem sacrae religionis Equite dignissimo, ac Sancti Iacobi de Fontes Commendatori meritissimo, & inter alia inveni Pii IV. Bullam incip. *Circumspecta*, sub Dat. Roma, 24. Martii anni 1561. ubi quoad hoc propositum sic habetur. *Necnon exemptionem, & liberationem predictas, ita quod Magistri Bailivorum, Priorum, Præceptorum, & dicti Hospitalis Fratres Capellani, à quocumque Catholico Antistite sub Romana Sedis obedientia constitutos sacros Ordines, etiam extra tempora à iure statuta tribus diebus festis suscipere, & in quibusvis tam secularium, quam Regularium Ecclesiis, absque alicujus licentia, etiã in Altari portatili celebrare possint;* quæ quidem Pii IV. Bulla, ac aliorum prædecessorum Constitutiones, & privilegia illis concessa, confirmata fuerunt per Pium V. in sua Constit. incip. *Etsi cuncta*, sub Dat. Roma 7. Novembris, anno 1568. & per Gregor. XIII. in sua Constit. incip. *Quo magis*, sub Dat. Roma 23. Martii 1580. ac per Sixtum V. in sua Constit. incip. *Etsi*, sub Dat. Roma 20. Septembris an. 1586. & per Gregor. XV. in sua Constit. incip. *Quanta Christiana*, sub Dat. Roma ultima Aprilis 1591. & per Clement. VIII. in sua Constit. incip. *Pastoralis*, sub Dat. Roma, 27. Junii 1592. Quibus constitutionibus plura in gratiam hujus Sacrae Regionis concessa inveniunt, ultra alia privilegia sibi à sancta Sede Apostolica liberalissimè concessa, quæ in ejus scriniis asservantur. Nequit Episcopus illum ordinare, qui Diaconatum, aut Subdiaconatum suscepit à Papa sine ejus expressa licentia, cap. *filium* 1. *quæst.* 1. cap. *in distribuendis*, de tempor. ordin. l. 1. tit. 5. part. 1. Gambar. de potest. legati à latere, lib. 2. n. 267. Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. p. 2. c. 5. num. 29.

66 Denique illud notare oportet, denegare Ordines, aut dimissorias non posse Episcopum ei, qui obtinet beneficium, vel est in dignitate Ecclesiastica constitutus, ut probat cap. *ex tenore*, & ibi gloss. *de tempor. ordinat.* nisi desint in eo debitæ qualitates, aut aliquod habeat Canonicum impedimentum. Aliis verò non tenetur Ordines conferre Episcopus, c. *ad aures*, eod. tit. maximè stante dispositione Concilii Trid. sess. 21. de reform. c. 2. ibi, nisi illis, quos Episcopus judicaverit assumendos: quæ verba cum denotent boni viri arbitrium, hoc est voluntatem rationi submissam, l. *fideicommissaria* 2. ff. de fideicommiss. libert. gloss. *verb. visum*, in c. 2. de corpore vit. Lap. alleg. 60. n. 3. ideo si Episcopus legitimè non interponat arbitrium, Deum solummodo Iudicem habebit, glossa *verb. relinquitur*, in c. *statutus* §. *assessore*, de rescript. in 6. Calcan. cons. 38. n. 7. ac proinde non dabitur appellatio; quia Superior non potest animum, & conscientiam inferioris immutare, Bald. in l. 1. n. 10. *vers. scias tamè*, C. de sent. ex brevicul. recit. Cov. var. lib. 2. c. 12. n. 3. *vers. & ab eo*, ex quibus nullum posse contra prohibitionem sui Prælati ordinari, aut ab illo conquiri, seu ab eo appellare, eo quod illum ordinare nolit, resolvit Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. ref. 587 in 2. edit. aliàs decis. 693. in 1. edit. & censuit Rot. in Elbor. Ordinum, 24. Junii 1618. coram R. P.

D. Remboldo, & 18. Februarii 1619. coram R. D. meo Decano.

Vnde fit, non posse Episcopum quemquam ordinare invitum, princip. 74. dist. & ibi gloss. 1. quamvis cogere ad suscipiendos voluntariè Ordines possit eum, qui beneficium Ecclesiasticum obtinet, aut ratione Ordinis eidem beneficio annexi, aut propter necessitatem Ecclesie, c. 1. de atar. & qualit. cap. *queris*, ubi gloss. & Doctores, eod. tit. nisi legitimè excusetur, qui si promoveri contempserit, erit ab Ordine, quem habet, suspendendus, aut à beneficio deponendus, cap. *si quis clerico*, 74. dist. d. cap. *queris*. Ceterum si invito velit Ordines conferre, suspensus ipse esset à celebratione Missarum per annum, & ab Ordinum collatione, cap. 1. & 2. 74. dist. & citati infra alleg. 111. num. 3. & ille esset deponendus, cap. *denunciamus* 25. *quæst.* 2. imprimatur siquidem character invito, si adsit voluntas, quamvis coacta, secus si nullatenus præstaret assensum, juxta ea quæ resolvimus alleg. 2. num. 5. & 6.

ALLEGATIO V.

Episcopus familiarem suum triennalem quando ordinare possit?

SUMMARIUM

- 1 Episcopus familiarem suum ordinare potest, si per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat.
- 2 Familiarium nomine intelligi debent illi, qui vel patria potestati subjiciuntur, vel dominica, & expensis domini continuo aluntur, indeque commensales dicuntur.
- 3 Familiaritas rectè probari potest per libros titelli.
- 4 Et per fidem Architrictini, seu Magistri domus vel calculatoris.
- 5 Nam per fidem, quod sit descriptus in rotulo familiarium.
- 6 Familiaris ad effectum de quo in presenti, dicitur qui cum Episcopo fuerit commoratus, & præsens servierit, non tamen si absens fuerit, etsi sumptibus Episcopi vixerit.
- 7 Mens, ac ratio finalis Concilii Trid. fuit, ne cognoscerentur ab Episcopo ordinandi mores, dum per tale tempus ei inservierit, cum illoque intra domum commoratus, & præsens sit. Familiares, vel famuli familiarium Episcopi, qui expensis Episcopi aluntur, dicuntur ejus familiares. ibid.
- 8 Triennium in quo familiares sunt commorandi cum Episcopis, ad effectum de quo in presenti, sufficit quod incæperit antequam fuisset Episcopus.
- 9 Triennium hujusmodi debet esse continuum.
- 10 Episcopi verbis asserentis quem esse familiarem, non creditur.
- 11 Episcopus statim re ipsa familiari suo beneficium conferre debet, seu paulò post.
- 12 Familiares triennales Episcoporum possunt etiam ordinari ad titulum patrimonii pro necessitate, & commoditate Ecclesiarum.
- 13 Episcopus ordinat familiarem suam ad titulum pensionis, si pro necessitate, vel utilitate suarum Ecclesiarum judicat ordinandum.
- 14 Episcopus dispensare non potest cum suo familiari triennali, nisi non subdito, super illegitimitate, etiam

- etiam ad minores Ordines, nec super interstitiis.
- 15 Episcopus dispensare potest quoad interstitia cum familiari jam ordinato, cui collatum fuit statim beneficium.
 - 16 Episcopus in casibus in quibus potest ordinare familiarem, potest & illi dimissorias concedere.
 - 17 Episcopus titularis prae-textu cujuslibet familiaritatis, aut continua commensalitatibus sua, aliquam absque proprii Pralati expresso consensu, aut licetis dimissoriis ordinare non potest.
 - 18 Magister actorum Curiae Episcopalis, an possit ut familiaris ab Episcopo ordinari?
 - 19 Familiares Papae, vel Cardinalium, necnon Episcoporum in curia residentium post triennium servitutis possunt à Vicario Sanctissimi ad quoscumque Ordines elevari.
 - 20 Cardinalis etiam Episcopus familiarem ordinat, sicut Episcopus non Cardinalis.



EPISCOPUS suum familiarem sibi non subditum ordinare potest, si per triennium secum fuerit commoratus, beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi conferat, ut disponit Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 9. de cujus materia vide Navarr. conf. 10. alias 2. & conf. 24. alias 11. & conf. 27. alias 12. & conf. 28. alias 13. sub tit. de tempor. ordinat. Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 12. 26. 28. & 29. Hentiq. in summ. lib. 10. c. 12. §. 1. Fr. Emman. p. 2. sum. c. 14. n. 10. Petr. Ledesma in sum. p. 1. tit. de sacram. Ordinis. cap. 5. conclus. 9. vers. estan. Maiol. de irregular. lib. 4. c. 2. n. 5. Salzed. ad Bernard. cap. 26. vers. tertius casus. Piafec. in praxi nova Episc. part. 1. c. 1. n. 15. pag. 31. Iacob. de Graff. part. 2. decis. aurearum. lib. 3. c. 12. n. 7. Zetola in praxi Episc. part. 1. verb. dimissoria. pag. 106. & part. 2. verb. Ordo. vers. 6. pag. 78. Flamin. de resignat. lib. 4. quast. 2. n. 9. 1. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 16. §. 4. Quaranta in summ. Bullar. verb. Ordo. vers. limita in eo pag. 375. Cardos. in praxi Iudicum. verb. Sacramentum Ordinis. n. 26. novissime Philibert. Marchin. post aliquas hujus tract. impressiones in lucem editum, de sacramento Ordinis tract. 1. part. 4. cap. 9. per tot. & novissime etiam Marcel. Vulpe in praxi judic. fori Eccles. c. 7. à n. 18. Raguc. in lucerna Paroch. tit. de sacram. Ordinis. q. 18. Hieron. Venero in examine Episcop. lib. 1. c. 11. n. 38. Bonacin. de censur. extra Bullam disp. 3. quast. 1. puncto 11. n. 7. cum seqq. Marc. Ant. Genvens. in praxi Archiep. Neapol. cap. 81. num. 3. Armend. in addit. ad recop. legum Navarrae. in lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis. à n. 33. & n. 46. cum sequent. Francisc. Leo in thesaur. fori Eccles. part. 1. cap. 4. num. 23. Thom. Valasc. alleg. Juris tom. 1. alleg. 5. n. 2. Nicol. Garcia de benefic. part. 1. cap. 5. num. 80. cum sequent. Avilam de censur. 3. part. disp. 6. dub. 7. fol. 23. Suar. eodem tract. disp. 5. sect. 2. n. 15. Sayr. in simili tract. lib. 7. cap. 10. vers. 30. Aloyf. Ricc. in decis. curiae Episcop. decis. 288. p. 2. & in praxi fori Eccles. decis. 307. cum seqq. in 1. impress. & resol. 266. cum sequentibus. in 2. impres. & in decis. p. 2. decis. 283. Martin. Fornar. de sacram. Ordinis cap. 5. ad finem. Cened. pract. & canon. quast. lib. 1. q. 38. à n. 29. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 3. n. 69. Campanil. in divers. Juris canon. rub. 9. c. 9. idem Bonacin. de Sacram. disp. 8. q. unic. puncto 4. n. 14. cum seqq. Molfel. tract. 2. c. 2. n. 8. cum seqq. Homobon. de Bonis de examine Eccles. part. 1. tract. 2. c. 1. quast. 5. in fine, Novar. in sing. Canon. concl. 103. Alzedo in praxi Episc. p. 2. c. 5. n. 32. cum seqq. Gavant. in manuali Episc. verb. familiaris. Alphons. Narbona l. 35. gloss. 1. n. 26. cum seqq. tit. 3. Recop. pag. 8. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1.

dub. 20. n. 20. cum seqq. Torreblanca in pract. Juris spirit. lib. 2. c. 13. n. 13. cum seqq. Rot. decis. 731. à n. 3. p. 1. diversor. ubi n. 16. subdit familiaritatem solum sine beneficio non sufficere in prima Tonsura.

Familiarium nomine intelligi debent illi, qui dominice potestati subjiciuntur, & expensis Episcopi continuo aluntur, indeque commensales dicuntur. c. ult. verb. signif. in 6. Rot. Roman. divers. p. 1. decis. 303. n. 2. Mascard. de probat. concl. 755. Card. Thusc. pract. concl. tom. 3. littera F. concl. 72. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 31. à n. 16. Christoph. de Pace ad leges styli. l. 32. n. 16. cum seqq. Marc. Anton. variar. ref. lib. 1. resol. 75. & probat Concil. Trid. d. c. 9. ibi, continua commensalitatibus.

Familiaritas recte probari potest per libros tinelli quod scilicet descriptus sit in eo tanquam comedens in tinello, juxta Rot. Rom. divers. decis. 619. incip. Quoniam. Garcias lib. 3. p. 3. licet probatio negativa desumi ex eo nequeat, si non reperitur in eo descriptus. Item per fidem Architriclini, seu Magistri domus, vel Calculatoris, & similis eadem Rot. Rom. d. decis. 919. n. 2. item per testes, ex eadem Rot. Rom. divers. 416. incip. dubitatur, lib. 3. p. 3. maxime si deponant non comedisse in tinello, sed illis persolutas fuisse annuatim pecunias pro victu & vestitu, juxta eandem Rot. Rom. in decis. 145. incip. In causa, lib. 2. p. 3. divers. & decis. 54. lib. 1. p. 3. Item per fidem, quod sit descriptus in rotulo familiarium, juxta decis. Putei 411. incip. Ioan. lib. 1. qui decis. 134. incip. Eadem die lib. 3. aliquos insimul modos cenet.

Familiaris ad effectum, de quo in presentia, ille debet esse, qui cum Episcopo fuerit commoratus, & praesens inservierit, non tamen is, qui abest, etsi sumptibus Episcopi vixerit. Ita Salzed. ad Bernard. in pract. c. 26. vers. 3. casus. Maiol. de irregul. lib. 4. c. 2. n. 5. Burgal. eodem tr. quast. 27. n. 13. Vgolin. d. §. 4. Piafec. in praxi Episcop. d. c. 1. n. 15. pag. 31. Fr. Emman. in sum. p. 2. c. 14. num. 10. Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam, in sum. Bullar. verb. Ordo, vers. limita in eo pagin. 352. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 307. in 1. impress. & resol. 266. n. 2. ac resol. 267. num. 2. in fine, in 2. impress. & d. p. 2. decis. 283. à n. 2. Bonacin. d. disp. 8. q. unica, puncto. 4. n. 18. Molfel. de c. 2. n. 8. prope finem, Sanch. d. dub. 20. n. 21. late Gregor XV. & ibi Bellarmin. decis. 166. Bonacina d. q. 1. puncto 10. num. 7. vers. prima. Mens enim, ac ratio finalis Concilii fuit ut cognoscerentur ab Episcopo illius clerici mores dum per tale tempus ei inservierit, cum illoque intra domum commoratus & praesens sit. Ita Majol. d. n. 5. Vgolin. d. §. 4. Hentiq. lib. 10. c. 22. n. 1. Suar. de censur. tom. 5. disp. 31. sect. 1. n. 15. Fornar. de sacram. Ordinis. c. 5. Piafec. in praxi nova Episcop. parte 1. cap. 1. n. 25. Aloyf. Ricc. d. resol. 267. num. 1.

Vnde etiam familiares, vel famuli familiarium Episcopi, qui expensis Episcopi aluntur, dicuntur familiares Episcopi, & fruuntur privilegio Trident. in 6. c. 9. Ita Sanch. in opuscul. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 24. Diana moral. resol. p. 4. tr. 4. ref. 145. Marchin. d. tr. 1. p. 5. c. 9. n. ult.

Hujusmodi triennium, in quo debent cum Episcopis commorari familiares, ad effectum de quo supra, sufficit quod inceperit antequam fuisset Episcopus: ita decisum referunt Bonacina d. q. 1. num. 9. Aloyf. Ricc. in collect. p. 3. collect. 596. vers. amplia 5. Nic. Garcia d. c. 5. n. 83. Gallet. in marg. casuum conscientiae, verb. Ordo, pag. 194. colum. 2. Molfel. d. c. 2. n. 8. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 309. in 1. impress. & ref. 268. in 2. impress. Marchin. d. c. 9. n. 3. Marcel. Vulpe d. c. 7. n. 19. debet tamen esse continuum, ut per Campanil. d. rub. 9. c. 9. n. 12. Marchip. d. c. 9. n. 2. Bonac. d. q. 1. n. 7. vers. tertia, Molfel. d. c. 5. Ricc.

- 10 Aloyf. in praxi fori Ecclesiastici, decisio. 308. in 1. impress. & ref. 297. in 2. impress. ubi n. 2. asserit quod verbis Episcopi asserentis quem esse familiarem non creditur, & allegat Paris. consil. 136. n. 31. vol. 4. de quo etiam Bonac. c. 8.
- 11 Debet tamen Episcopus statim re ipsa familiari suo beneficium conferre, prout decisum referunt Zerol. in praxi Episcopali p. 1. verb. dimissoria ad Ordines, num. 1. & 2. verb. Ordo, vers. dubitatur, Armend. ubi supra num. 51. Farinac. in novissim. Rot. decis. 222. Flamin. de resignationibus lib. 4. quest. 2. numer. 92. Nicol. Garcia d. p. 2. c. 5. num. 85. Quod habet locum etiam in minoribus, & prima Tonsura, Navar. consil. 11. de temporibus ordinat. Rot. Roman. decis. 731. p. 1. divers. Fr. Emman. d. cap. 14. n. 10. Zerola in praxi Episcop. p. 2. verb. Ordo, vers. dubitatur, post med. Cened. d. quest. 38. n. 30. vers. quod decretum, Sayr. decis. 26. sub titulo de temporib. ordinat. Bonac. d. puncto 11. sub n. 9. Alzed. d. c. 5. num. 33. Vgolin. d. §. 4. dicens statim, seu pauld post Episcopum debere beneficium conferre: si enim conferret, ratione beneficii conferendi potestatem haberet, & non ratione termini, de quo etiam Sanch. ubi sup. num. 25. & Diana d. ref. 145. vers. notandum. Quamvis Gabriel Vasq. p. 3. disp. 243. n. 49. intelligat statim beneficium aliquod sine fraude ei conferendum, nimirum quamprimum vacaverit, ne postea mendicare cogatur; sed beneficium quacumque fraude cessante, statim re ipsa esse conferendum, refert decisum Armend. d. loco, n. 45. Vnde notat Molfes. d. c. 2. n. 9. collationem factam beneficii post sex menses, non dici factam secundum mentem Concilii, ut ordinatus remaneat subditus ordinantis, & eximeretur à proprio Episcopo; quia tempus sex mensium est longum tempus, & dictio, statim, dicitur ad summum intra decem dies, & Aloyf. Ricc. in decis. p. 2. decis. 291. à n. 3. post Paris. de resignat. benef. lib. 4. q. 2. n. 92. refert decisum, Episcopum non satisfacere decreto Concilii, qui ordinavit, & post lapsos undecim menses contulit beneficium.
- 12 Pro necessitate & commoditate Ecclesiarum ad titulum patrimonii possunt etiam ordinari familiares triennales Episcoporum, & debent adscribi Ecclesiis, pro quarum necessitate sunt ordinati: ita refert decisum Nicol. Garcia d. c. 5. num. 81. & 82. Armend. d. loco num. 47. & me citato in hoc loco, resoluit Marchin. d. c. 9. n. 13. Vnde falsum videtur quod ait Gabriel Vasquez d. disp. 243. num. 49. videlicet familiarem ab Episcopo ordinari posse, etiam si patrimonium non habeat, nec ullius Ecclesie necessitas urgeat, observans solum concedi licentiam Episcopo eum ordinandi, quatenus melius servitio ejus uti possit, prout eum reprobatur Narbona dict. loco, num. 29.
- 13 Deinde Episcopus ordinat familiarem suum ad titulum pensionis, si pro necessitate, vel utilitate suarum Ecclesiarum judicat ordinandum: ita refert decisum Garcia d. cap. 5. num. 81. Armend. d. loco, num. 46. & lib. 1. tit. 8. de patrimonio clericor. num. 20. Bonacina dict. puncto 11. num. 11. Alzedo dict. cap. 5. num. 36.
- 14 Non tamen valet Episcopus dispensare cum suo familiari triennali, aliàs non subito super illegitimitate etiam ad minores Ordines, nec super interstitiis. Ita resolutum referunt Alzed. d. p. 2. c. 5. n. 35. Nicol. Garcia d. c. 5. n. 86. Cened. pract. & canon. 99. lib. 1. quest. 38. num. 31. Sayr. decis. 28. & 29. sub tit. de temporib. ordinat. Vgolin. d. §. prope finem, Navar. consil. 12. & 13. sub tit. de temporib. ordinat. in novis, Zerola d. vers. 5. dubitatur, & vers. 6. Galet. in margarita casuum conscientia, verb. Ordo, pag. 194. colum. 1. Armendar. d. loco, n. 48. Bonacina. de suspension. in parti-

cul. disp. 3. q. 1. puncto 11. n. 13. Sanch. in opusc. moral. lib. 7. c. 1. dub. 27. n. 3. March. d. c. 9. n. 11. & 12. & tr. 1. p. 7. cap. 4. Aloyf. Ricc. d. ref. 226. in fine, Pialec. d. cap. 1. num. 15. vers. sublimitari, ubi quod cum familiaris jam ordinato collatum est statim beneficium, poterit postea Episcopus quoad interstitia dispensare, quia ratione beneficii collati illi jam est subditus quod etiam refert decisum Armend. num. 50. & sentit March. d. c. 4. n. 10. & Campan. divers. juris Canonici rub. 9. cap. 9. num. 3. & 4. ubi etiam n. 6. quod tubicumque Antistes potest suum ordinare familiarem, potest etiam litteras dimissorias eidem concedere, ut ab alio suscipiat Ordines; me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. c. 5. n. 39. & in terminis, quod Episcopus non possit cum familiari suo triennali non subdito in interstitiis dispensare, præter plures ex citatis resolvunt Vgolin. d. cap. 26. §. 4. Steph. Quarant. verb. Ordo, vers. quindò limita, Nicol. Garc. c. 5. n. 87. Mar. Antonin. var. res. lib. 1. resol. 112. casu 28. Iul. Casar. Mad. de sacris Ordinib. c. 19. Alphons. Narbona citato loco, ante n. 32 pag. 8. Bonacina. d. q. 1. puncto 11 n. 13. quamvis præter citatos Molfes. d. n. 8. in fine Ioan. de la Cruz in direct. conscient. p. 2. de sacram. Ordinis, dub. 4. Diana moral. resol. p. 2. tr. 4. resol. 190. & Sanch. de matrimo. lib. 8. disp. 1. num. 15. in fine, existiment posse Episcopum cum familiari quoad interstitia dispensare. Advertit post Mar. Alzed. Bonacina d. q. 1. puncto 11. n. 12. quod familiaris bona fide cum spe beneficii statim obtinendi ordinatus ab Episcopo, cujus est familiaris, non manet suspensus ab Ordinis executione, si Episcopus beneficium ei statim non conferat, aut si Episcopus motiatur nondum collato beneficio.

Episcopus titularis prætextu cujuslibet familiaritatis, aut continuæ commensalitatatis suæ aliquem absque proprii Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram, promovere, seu ordinare non valet; quia ei qui tantum est titularis, talis promotio est interdicta per Concil. Trid. sess. 14. de reformation. cap. 2. Ita Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 596. & d. ref. 266. n. 2. vers. limita 2. Campanil. d. c. 9. num. 6. Pialec. in praxi nova Episcop. part. 1. c. 1. n. 15. in fine Seraph. de Fecitas in addit. ad tract. de Confessoribus sollicitantibus mulieres in Confessione Illustrissimi D. mei Roderici à Cunha, q. 12. n. 27. Valet. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 3. tr. 2. n. 69. v. sunt autem aliqui. Alphons. Narbona d. loco, num. 32 pag. 8. in fine, Cardof. d. verb. sacramentum Ordinis n. 26. Marchin. d. c. 9. n. 16. Marcel Vulpe d. 7. n. 18. in fine, Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 4. n. 24. & p. 3. c. 8. n. 16. Hieron. Venero in examine Eccles. lib. c. 12. n. 28. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 6. me citato in hoc loco, Alzed. d. p. 2. c. 5. n. 40. Torreblanca d. lib. 2. c. 14. n. 14.

Utrum autem magister actorum Curie Episcopalis, ut familiaris possit ab Episcopo ordinari? Possit tener Aloyf. Ricc. collect. 596. vers. amplia 4. & in praxi fori Ecclesiastici resolut. 471. in 2. impress. Stephan. Gratian. March. decis. 133. Mar. Anton. variat. resol. lib. 1. c. 75. Campanil. d. c. 9. n. 14. Marchin. d. cap. 9. num. 17.

Familiares etiam, seu officiales Papæ, ac familiares Cardinalium (etsi Cardinales habitassent Romæ) atque etiam Episcoporum in Curia residentium, qui saltem per triennium habitaverint in Vrbe, possunt de licentia ipsorum à Vicario Sanctissimi promoveri; dum tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeant, & alia à iure requisita: refert decisum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarre lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, in declar. n. 49. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. c. 2. num. 32.

in fine, me citato in hoc loco, Marchin. d. c. 5. post. n. 15. vers. sexto. De Cardinalibus autem Presbyteris, quod possint ex consuetudine Tonsuram, ceterosque minores Ordines suis familiaribus conferre, dixi supra allegat. 3. n. 15. nam ratione familiaritatis videtur quod Cardinalis etiam Episcopus suam familiarem ordinare non possit, nisi in modo, quo potest quilibet Episcopus non Cardinalis, hoc est. si huiusmodi familiaris per triennium secum commoratus fuerit, & beneficium quacumque fraude cessante statim re ipsa illi Cardinalis conferat. Ita colligi videtur ex Rota decis. 731. ferè per tot. p. 1. divers. sed scio contrarium decidisse sacram Congreg. Concilii, ut dixi, in collect. ad Trid. sess. 22. form. c. 9. num. 5. Familiaris ut quis dicatur ad effectum, ut Cardinales Presbyteri Tonsuram, & minores Ordines suis familiaribus conferre valeant? Vide eadem alleg. 3. num. 15. Coch. in instit. canon. lib. 2. tit. 4. n. 66. Lorch. in thesauro, verb. Cardinalis § 7. Hieron. Llamas in sum. p. 3. §. 3. Campan. in divers. Iuris Canon. rub. 6. cap. 2. n. 11. Sebast. Cæsar. in relect. de Ecclesiast. hierarch. part. 1. disp. 2. §. 5. n. 2. Granad. de Sacram. in 2. p. contr. 9. tr. 2. disp. 2. n. 1. Mærat. tom. 3. tract. de sacrament. Ordinis, disp. 8. sect. 1. n. 8. Pintus de Ordine 9. 6. art. 1. n. 46. Monet. de conservator. c. 5. n. 35. me citato in hoc loco, novissimè Diana moral. resol. p. 5. tract. 2. de potest. & privileg. S. R. E. Cardinal. resol. 5. vers. notandum, ubi reprobat Ledesnam, & Sanch. contrarium tenentes, & in principio illius resolutionis tenet Cardinales conferre posse primam Tonsuram, & minores Ordines in suis titulis.

- in propria diœcesi residente non tamen additum sit, vel ab alio pro eo ibi Pontificalia exercente, an possit is, cui talis facultas conceditur, promoveri ab Episcopo in alterius diœcesi de licentia Episcopi illius diœcesis Pontificalia exercente.
- 12 Episcopus alienus volens conferre Ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam superioris loci exempti sed etiam illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus constitutus est.
- 13 Episcopus Pontificalia exercere non potest in loco exempto, etiam vocatus, nisi accederet licentia Episcopi diœcesis, ubi locus est constitutus.
- 14 Episcopus alienus non potest à Patriarcha induci ad subeunda munera Pontificalia in diœcesi alienius Episcopi Suffraganei, nisi de ipsius licentia.
- 15 Prima clericalis Tonsura secundum aliquos potest conferri ab Episcopo suis subditis in aliena diœcesi.
- 16 Episcopus, & vicarius habent facultatem faciendæ actus voluntaria jurisdictionis extra territorium, possuntque concedere dimissorias.
- 17 Excommunicare, & absolvere potest subditum suum Episcopus extra territorium existens.
- 18 Episcopus extra suam diœcesim quando possit exercere contentiosam jurisdictionem?
- 19 Suspensus à Pontificalibus in illis celebrando, an fiat irregularis?



EPISCOPI Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui Titulares vocantur, de quibus egimus supra p. 1. tit. 1. c. 6. n. 15. cum seqq. in quocumque loco, etiam quantumcumque exempto, & nullius diœcesis, si quem promoveant ad quemcumque Ordinem, etiam primam Tonsuram, cuiusvis privilegii, etiam familiaritatis prætextu, sine licentia ipsius proprii Ordinarii, sunt ab exercitio Pontificalium per annum suspensi, ut docet Concil. Trid. sess. 14. de reform. cap. 2. & per illud tenent Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici, p. 3. cap. 8. n. 16. & p. 1. c. 4. num. 24. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 48. quest. 6. Hentiq. in sum. lib. 14. cap. 17. §. 3. in fine, littera A. Galet. in marg. casuum conscientia, verb. Episcop. pag. 100. column. 1. Camp. in divers. rub. 9. c. 5. Aloy. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici, resol. 495. in notabilibus de materia Episcoporum, n. 1. in 2. edit. Vasq. tom. 3. in 3. p. disp. 243. c. 45. cum sequentibus. Molles. in sum Theologia moralis, tract. 2. c. 2. n. 15. prope fin. Navar. in singularibus Canon. concl. 106. & 107. Narbona l. 35. glos. 1. n. 32. tit. 3. lib. 1. nova Recop. Hieron. Venero in examine Episcop. lib. 1. c. 12. n. 28. Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. d. 2. c. 5. n. 40. † Pius V. decreto suo consistoriali sancivit huiusmodi Episcopos titulares esse creandos, neque suffraganeos dandos, nisi Ecclesiis Cardinalium, & illis, quæ eos solent habere, & cum certo stipendio perpetuo ad minus ducentorum aureorum de Camera super fructibus illius Ecclesie, quia propria auctoritate ab ipso percipi possint.

Quid autem sub nomine Pontificalium in præsentia materia intelligatur, est indagandum. In primis glos. verb. à Pontificalibus in extravagant. suscepti regiminis, de elect. docet † suspensum à Pontificalibus prohiberi etiam ab his, quæ sunt sibi aliàs ut Pontifici permissa, & dependentibus ab eis, velut ab Ordinum celebratione, frontis Chrismatione, Basilicarum, seu Virginum consecratione, & similibus, de quibus Zerol. in praxi Episcop. p. 3. verb. Episcopus, vers. 2. Mar. Alter. d. tom. 2. disp. 16. cap. 3. col. 6. Bonacin. d. disp. 2. quest. 2. punct. 12. n. 2. vers. hinc sequitur, ubi n. 3. hinc refert † Episcopum à Pontificalibus suspensum posse baptizare, Confessiones audire,

ALLEGATIO VI.

Episcopi titulares, alique extra suam diœcesim, an sine Episcopi proprii licentia ullum ordinare possint?

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi titulares, si aliquem promoveant ad quemcumque Ordinem, sine licentia proprii Episcopi sunt ab exercitio Pontificalium per annum suspensi.
- 2 Pius V. summus Pontifex constitutionem edidit super creandis huiusmodi titularibus Episcopis.
- 3 Suspensus à Pontificalibus prohibetur etiam ab his, quæ sunt sibi aliàs ut Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis.
- 4 Suspensus à Pontificalibus potest baptizare, Confessiones audire, Missæ sacrum facere.
- 5 Suspensus à Pontificalibus Missam privatim celebrare non prohibetur.
- 6 Missam cum Mitra, & Baculo celebrare non potest Episcopus suspensus à Pontificalibus.
- 7 Episcopus si in aliena diœcesi inadvertenter Calices, vel corporalia benedicat, à suspensione non excusatur.
- 8 Pontificalia insignia quæ sunt? ostenditur.
- 9 Episcopus ordinarius Ordines conferens seu Pontificalia exerrens in aliena diœcesi absque licentia Ordinarii loci, aut in personas eidem Ordinario subiectas, suspenditur ipso iure ab exercitio eorundem Pontificalium.
- 10 Episcopi si contra prohibitionem aliquem ad Ordines promoveant, validè eos conferunt, licet puniri possint.
- 11 Dimissorias si concedatur tantum licentia, & facultas promovendi à quocumque Catholico Antistite

dire, Missæ sacrum facere juxta morem aliorum Sacerdotum inferiorum, censuras ferre, beneficia conferre, & alios jurisdictionis actus exercere; quia hæc non sunt Pontificalia, Paul. Layman, *in sum. Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. part. 3. c. 2. n. 6.* & novissime amicus meus doctus Diana *moral. resol. part. 5. tract. 10. resol. 4. in princ.* ubi tenet suspensionem ab Ordine Episcopali extendere se ad eos actus tantum Ordinis, qui Episcopo proprii sunt, & Sacerdoti jure Ordinario competere non possunt; additque suspensionem à Pontificalibus illam esse, per quam per se, ac directè prohibetur usus insignium Episcopaliū, videlicet Mitræ, Baculi, & Pallii, per accidens verò & consecutivè omnia Episcopalia solemnia officia, quæ sine hujusmodi insignibus exerceri non debent, quæ sunt Ordines conferre, confirmare, Ecclesias, Altaria, Virgines consecrare, &c. Præposit. p. 3. q. 3. de *suspens. dub. 2. n. 13.*

- 5 Unde licet hujusmodi suspensus Missam privatim celebrare non prohibeatur, ut ex reg. text. *in cap. significavit de corpore vit.* post Sylvest. & Navarr. docent Henriq. *lib. 13. cap. 3. 2. n. 2.* Avila de *censur. p. 1. disp. 2. dub. 2. concl. 10.* aut alia facere sine ornamentis Pontificalibus, quæ ei ratione Sacerdotalis officii competunt, ut baptizare, poenitentias dare, & similia, & etiam jurisdictionem forensis exercere, ut advertit Diana *d. resol. 4.* † Missæ tamen sacrum cum Mitra & Baculo celebrare non potest: ita Aloyf. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 467. in 1. impress. & resol. 440. in 2. impress. ubi n. 3.* asserit sub hac suspensione non prohiberi exercitium jurisdictionis Episcopalis, & post alios citat Ugolin. *de censur. tab. 4. cap. 6. §. 6. n. 5.* Episcopus enim in aliena diocesi non potest celebrare Missam in Pontificalibus cum Baculo & Mitra absque licentia Ordinarii, ut per Antonin. Diana *moral. resol. part. 4. tract. 4. resol. 143. vers. notandum est, Gavant. in enchirid. Episcop. verb. functiones Episcopales, n. 11.* Quicquid teneant Paul. Layman, *in quæst. Canon. c. 17. num. 224.* Maurit. de Alzedo *in praxi Episcop. p. 1. c. 13. n. 88.* & plures ab eo citati. † Nec ab hac suspensione excusatur Episcopus, si in aliena diocesi inadvertenter Calices, vel corporalia benedicat. Ita Zerol. *in praxi Episcop. p. 2. verb. Episcopi, vers. secundo, Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 3. c. 8. n. 15.*

- 8 Pontificalia insignia, quibus Episcopi uti possunt, esse Mitram, chirothecas, baculum, dalmaticas, & sandalia, testatur Isidor. Moscon. *in suo tract. de mag. militantis Ecclesie p. 1. lib. 1. cap. 8.* & alia ornamenta quibus doctissimus Campan. *d. cap. 3. n. 3.* addit mozettam, cappam Pontificalem, galerum, quem duplicis formæ habere oportet, alterum quo in solemnioribus equitationibus utantur, alterum simpliciorum, utrumque tamen ex lana, & serico viridi exornatum, juxta modum in Cæremoniali descriptum *lib. 1. cap. 3.* de quibus indumentis, & insignibus vide *sup. alleg. 1. n. 46. cum seqq.* à quarum vestium usu nõ repellitur suspensus à Pontificalibus, sed ab usu auctoritativo, id est ab iis actibus, qui cum præfatis insignibus fieri consueverunt. † Similiter Episcopus Ordinarius Ordines conferens, seu Pontificalia exercens in aliena diocesi absque licentia Ordinarii loci, aut in personas eidem Ordinario subjectas, suspenditur ipso jure ab exercitio eorumdem Pontificalium, ex Conc. Trid. *sess. 6. de reform. c. 5. ibi, Nullo Episcopo liceat cujusvis privilegii prætextu Pontificalia in alterius diocesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subjectas tantum; si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab executione Ordinum sine ipso jure suspensi:* referunt Navarr. *consil. 69. de sent. excomm. in antiq. alias cons. 12. de clerico*

*excomm. minist. in novis. Cened. ad decretum collect. 52. n. 1. Petr. Greg. syntag. lib. 16. c. 9. n. 3. Coninch. de sacram. disp. 20. dub. 9. n. 93. Henriq. in sum. part. 2. lib. 11. c. 3. §. 2. in fine, juncto comment. littera S. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. littera A, Gutier. canon. lib. 1. c. 26. n. 26. Flamin. de resign. lib. 1. quæst. 17. n. 17. Zerol. in praxi Episcopali part. 1. verb. Archiepiscopus, num. 2. pag. 16. & part. 2. verb. Episcopus, pag. 25. Anguian. de legib. lib. 2. contr. 1. n. 71. me citato in hoc loco Alzedo de præcell. Episcop. p. 2. cap. 5. num. 17. Molfes. in sum. Theologiae moralis tract. 2. cap. 2. n. 12. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de sacram. Ordinis, c. 8. concl. 4. dub. 4. Bonacina de censur. disp. 3. q. 6. punct. 3. num. 27. Armend. in addit. ad recopil. legum Navarre, in lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, n. 68. Piassec. in praxi nova Episcop. p. 1. n. 46. pag. 35. Campan. rub. 9. c. 5. n. 6. Aloyf. Ricc. decis. 188. n. 10. p. 2. Episcopus in alterius diocesi existens, potest prævia licentia illius tam subditos proprios, quam Episcopi licentiam concedentis, absque incurso poenarum ordinare, S. Congr. Conc. 22. Febr. 1650. † Si tamen contra prohibitionem, de qua per Concil. Trident. *in d. cap. 5.* ordinatio proprii Episcopi extra territorium fiat, valida erit, licet puniri possit, ut resolvunt Henriq. *lib. 11. cap. 3. §. 2. in fine, littera S.* Ugolin. *de potestate Episcopi c. 4. §. 14. num. 2.* Fornar. *in tr. de Ordine, c. 8. §. 8.* Molfes. *d. c. 2. n. 11.* de quo *suprà alleg. 111. num. 13.**

Utum autem si in litteris dimissoriis concedatur licentia & facultas promovendi à quocunque Catholico Antistite in propria diocesi residente, non tamen additum sit, *vel ab alio pro eo ibi Pontificalia exercente,* possit is, cui talis facultas conceditur, promoveri ab Episcopo in alterius diocesi de licentia Episcopi illius diocesis Pontificalia exercente? Hanc quætionem ad partes disputat Gutier. *canon. lib. 1. c. 26. n. 25. cum seqq. vers. dubitatum,* ubi cum sequitur sententiam, quod prædicta in specie ordinari hic non debeat, nisi juxta tenorem dimissorialium, nempe à catholico Antistite in propria diocesi Pontificalia exercente, non verò ab alio, quamvis de licentia proprii Episcopi ibidem Ordines celebraret, ita ut si aliter fiat, suspensus maneat, donec Episcopo proprio ordinari justum videatur, juxta dispositionem Conc. Trid. *sess. 13. de reform. c. 8.* sequitur Sanch. *in opuscul. moralib. lib. 7. c. 1. dub. 20. n. 8.*

Unde si maluerit Episcopus conferre Ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam Superioris loco exempti, sed etiam illius Episcopi, intra cujus fines locus exemptus est constitutus. Ita referunt decisum Molfes. *dict. cap. 2. num. 12. in fine* Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. post resol. 495. in notabilibus de materia Episcop.* Galet. *in marg. casuum conscientia, verb. Episcopus, pag. 100 col. 2.* Armend. *d. loco, n. 35. ubi n. 68. refert etiam decisum* † non posse Episcopum Pontificalia exercere in loco exempto, & jurisdictionis non Episcopi, sed inferioris; vocatum tamen ab ipso inferiore, sine licentia Episcopi, juxta cujus diocesis fines esset locus ille, etiamsi ille inferior prætenderet ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit ad ministrandum sacramentum Confirmationis, dummodo locus istius exempti sit infra fines diocesis alicujus, ita ut non sit nullius quia tunc non posset. Non tamen me latec verba illa posita *in d. c. 3. Conc. Trid. ibi, Ordinarii loci,* intelligenda de Episcopo, in cujus diocesi locus est constitutus, & non de Prælato inferiori etiam exempto, si fides adhibenda sit Galletto ita decisum attestanti *verb. verba 1.*

Nec etiam Episcopus alienus potest à Patriarcha induci ad subeunda munera Pontif. in diocesi alicujus Episcopi Suffraganei, nisi de ipsius licentia: quod

quod etiam decisum referunt idem Galet. d. verb. *Episcopus*, & Aloyf. Ric. ubi proxime. Nec Archiepiscopus hoc ipsum facere potest, cum sub eadem prohibitione, quæ Episcopum ligat, comprehendatur quoque Archiepiscopus quoad materiam, de qua agimus, ut resolvit Piafec. in praxi Episcopali, part. 1. verb. *Archiepiscopus*, vers. ad secundam, & censuit S. Cong. Episcoporum, cujus memini in collect. ad Concil. Trident. in d. c. 5. n. 17. erit autem Ordinarius loci, de cujus licentia Pontificalia in sua diocesi alienus facere potest, primò Episcopus in cujus diocesi constitutus est locus, in quo Pontificalia exercenda sunt. Secundò Capitulum sede vacante, qui cum succedat in locum Episcopi demortui, exceptis quibusdam casibus, bene poterat concedere licentiam Episcopo extero exercendi Pontificalia in sua Ecclesia: ita Bonacina d. quas. 2. punct. 12. numero 4. An comprehendatur sub hoc nomine Prælati habens jurisdictionem quasi Episcopalem, dixi supra hac alleg. n. 12.

Primam Clericalem Tonsuram Episcopo in aliena diocesi, sine diocesani licentia suis subditis conferre posse, ac proinde non esse suspensum, non defunt qui tenuerint, ex ea ratione, quia Concilium loquitur de Episcopo conferente Ordines, & prima Tonsura non est Ordo, sed via ad Ordines, & solet concedi sine exercitio Pontificalium, ex quorum numero sunt Barbat. in c. novit. n. 18. de officio legati. Rebuff. in tr. nominat. quest. 14. num. 29. & 65. & in praxi beneficiis, rub. de Ecclesiasticis, & à quibus, & quomodo ordinentur, num. 13. Henric. in sum. lib. 3. c. 6. §. 6. quem refert, & sequitur Bonacina de sacram. disp. 3. quas. unica, punct. 2. n. 13. quibus addo Tolet. lib. 1. sum. c. 49. n. 4. alias 48. n. 6. Azor. p. 2. lib. 3. c. 48. quas. 5. vers. quares. Fornar. d. Ordine, cap. 5. §. 4. in 4. notab. Molfes. d. c. 2. num. 15. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 8. diff. 7. num. 7. Mauric. Alzed. in praxi Episcop. p. 2. c. 5. n. 18. Diana moral. resol. p. 4. tract. 4. resol. 143. Quæ sententia ex dictis alleg. 2. num. 18. non est admittenda, illamque sibi summopere displicere asserit Campanil. in divers. Juris Canonici, rub. 6. cap. 1. num. 2. & sic non licere Episcopo initiare subditum suum prima Tonsura extra propriam diocesim, & absque diocesani licentia, resolvunt D. Barb. in l. 1. art. 3. n. 218. ff. de judic. Narbona l. 20. glos. 2. num. 135. tit. 1. lib. 4. Recop. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 26. Navar. conf. 29. num. 1. de tempor. ordin. Garc. de benef. part. 1. c. 5. num. 142. Acuña ad c. illud, n. 2. dist. 2. Sanch. in opuscul. moral. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 5. n. 2. Iul. Cæsar Madius de sacris Ordinibus c. 2. n. 4. qui testatur de stylo, & consuetudine. Vnde conferentem primam Tonsuram non sibi subdito suspensionem incurrere, tenent Martin. Fornar. in add. ad Tolet. de sacram. Ordin. c. 6. n. 3. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 49. quest. 5. Less. de Justit. lib. 2. c. 44. dub. 19. n. 91. Bonacin. de Sacrament. disput. 8. quest. 4. punct. 4. num. 26.

Episcopus, & Vicarius habent facultatem faciendi actus voluntariæ jurisdictionis extra territorium, prout resolvunt Vgolin. d. §. 14. n. 4. Cardin. Tusch. lit. 1. concl. 546. Stephan. Gratian. disceptation. forens. cap. 127. à princip. & num. 6. asserit, quod possunt concedere dimissorias in aliena diocesi. † Sic etiam Episcopus extra territorium existens potest excommunicare, & absolvere subditum suum, ut tenet Gonzal. ad regulam 8. Cancel. gloss. 62. n. 12. ubi n. 11. resolvit, quod potest † Episcopus extra suam diocesim jurisdictionem contentiosam exercere, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus conferatur in suam diocesim, de quo etiam Gratian. d. cap. 127. n. 8. me citato in hoc loco novissimè mei amicissimus Diana d. p. 5. tract. 9. resol. 34. vers. secundò, Barbol. de Episcop. Pars II.

ubi ex Vgolin. de censur. tab. 1. cap. 27. §. 1. num. 4. ait Episcopum, ubi causæ cognitio non adhibetur, & pro tribunali non sedetur, ac propterea alienum territorium non læditur, extra diocesim posse jurisdictionem exercere, vel quando Episcopus diocesis permittit, modò litigantes in id consentiant, ut post alios resolvit Vgolin. d. §. 14. n. 4. vers. secundò excipitur.

In casu notabili Marchesan. de commissio. p. 1. c. 6. n. 84. pag. 255. sic loquitur: Sed pone, degit Episcopus extra suam diocesim, ac jurisdictionem, & pro aliqua causa cognoscenda illi Breve dirigitur, puta Episcopo civitatis, Castellis, vel alii. Quæro an illo extra suam diocesim degente, causam, sive alias causas præfato modo sibi commissas cognoscere possit? & resolutivè dico, quod non, quia cum Episcopus ille certo sit loco deputatus, ubi dignitas electa intelligitur, cum extra suam diocesim illam exercere nequeat, per consequens in loco, ubi extra eam moratur, causam non valebit cognoscere. Quod declara, nisi in Breve mentio fieret de mora sua residetia extra præfatum jurisdictionem, vel diocesim, aut si esset solitus ob aeris intemperiem extra illam residere, vel si fuerit nominata persona, & in specie ejus industria electa, &c. & ibi, Quod tamen limitatur, nisi de partium consensu electus fuerit, & commissio in ejus personam impetrata, si que in eam extra diocesim, & propriam jurisdictionem manentem consentiendo. Card. conf. 71. Abb. in c. nonnulli, n. 4. & 7. de rescript. &c. & idem Marches. d. loco, n. 118. pag. 260. resolvit, quod si causa Episcopo demandetur trahenti moram extra suam diocesim, neque per alium exercere ibi jurisdictionem potest, nisi in Breve apponantur verba, etiam si extra diocesim propriam moretur.

Quæstio est in hac materia difficilis, an scilicet 19 suspensus à Pontificalibus in illis celebrando fiat irregularis? Partem negativam tenet gloss. verb. Sacerdotale, vers. scias, in c. 2. de officio deleg. lib. 6. sequuntur Innoc. in c. 1. verb. à divinis, de sentent. excomm. eod. lib. D. Antonin. part. 3. sum. tit. 28. c. 4. ultra med. Covar. in Clem. si furiosus, part. 1. §. 1. n. 1. vers. secundum, Iacob. de Geaffis in aureis decis. lib. 4. cap. 25. n. 3. Ioan. Præpos. in 3. part. 9. 3. de susp. dub. 2. n. 13. Diana d. c. part. 5. tract. 10. resol. 4. vers. sed difficultas, qui in eo præcipuè nituntur, quod Pontificalia non sunt de substantia Ordinis, celebrationis aut officii, cum sine illis quodlibet officium fieri possit. Contrariam verò sententiam tenuerunt Calderin. in tract. de interdito, memb. 2. quest. 3. Navar. in man. c. 27. n. 163. vers. ex quo inferitur primò, Vivald. in candel. de susp. pens. n. 146. moti ex eo, quia cum Episcopatus per se Ordo sit, celebrate in apparatu Episcopali, seu Pontificali, est exercere actum proprium Ordinis Episcopalis, à quo Episcopus suspensus est: succeditque proinde regula text. in c. fin. vers. sciturus, de re judic. lib. 6. Inter quas tamen opiniones elegantem distinctionem tradit Vgolin. de censuris tab. 1. n. 14. §. 1. n. 2. quam meliùs explicat Sayr. eod. tract. lib. 4. cap. 16. num. 17. cum duobus seqq. ubi plenè videri poterit.

Denique advertere oportet Episcopum, qui invi- 20 tatus accedit pro ordinandis clericis ad aliam diocesim, debere habere expensas, ut docent Archid. num. 2. Turrecr. num. ult. & Bellamer. in cap. nullus Primas, 9. quest. 1. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 2. lib. 1. cap. 10. num. 3. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. 5. num. 55. ubi num. 56. subdit Episcopos titulares in aliena diocesi Ordines ministrantes de consensu proprii Episcopi, & ejus subditis, debere obtinere expensas.

Et ex eodem Concil. Tridentin. d. c. 5. susci- 21 piens Ordines à proprio Episcopo, sed in aliena diocesi, abique licentia Episcopi, in cujus diocesi Ordines conferuntur, pœnam suspensionis ab executione

tione Ordinis incurrit: vide Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 21. Suar. de censur. disput. 3. 1. sect. 1. n. 17. Mar. Alter. eod. tract. tom. 2. disputat. 9. c. 4. ad fin. Bonacin. d. disput. 3. q. 1. puncto 12. ubi ampliat etiam si Ordines recipiantur ab Archiepiscopo in diocesi alicujus sui Episcopi Suffraganei, & procedere ait non solum in majoribus, sed etiam in minoribus Ordinibus, subditque in fine istam suspensionem non esse Papæ reservatam, sed iure communi posse ab Episcopo auferri.

ALLEGATIO VII.

Episcopus dimissorias litteras quibus
& quando concedat?

SUMMARIUM.

- 1 Doctores referuntur, qui agunt de materia hujus allegationis.
- 2 Accedente licentia, & consensu proprii Episcopi, potest alienus non suo subdito Ordines conferre.
- 3 Dimissoriarum usus antiquissimus.
- 4 Dimissorias concedere possunt, qui ad Ordines valent promovere.
- 5 Dimissoria ab Episcopo excommunicato, vel suspensio declarato non sunt valida, possuntque subditi se facere ordinari a viciniore Episcopo.
- 6 Inferiores Prælati dimissorias concedere nequeunt, nisi ex consuetudine legitima præscripta, aut alio peculiari jure potestatem acquisivissent eas dandi.
- 7 Abbates, aliique exempti hodie hujusmodi dimissorias clericis secularibus concedere non possunt.
- 8 Ordinarius privative ad Episcopum habens jus visitandi, & congregandi Synodum, potest dimissorias concedere.
- 9 Vicarius generalis Episcopi sine speciali mandato hujusmodi dimissorias concedere non potest.
- 10 Capitulum Sede vacante non nisi elapso anno à die obitus Præsulis, potest dimissorias concedere, nisi archæatis beneficiis sub certis pænis.
- 11 Amplia etiam si Capitulum haberet territorium distinctum ob immemorabilem possessionem.
- 12 Vicarius à Capitulo Sede vacante concedens dictas dimissorias non archæato, & ante elapsam annum quas pænas incurrat.
- 13 Vicarius Papa non prohibetur, etiam statim post vacantem Sedem dimissorias impartiri.
- 14 Capitulum Sede vacante ante lapsum anni vacationis Sedis potest obtinenti facultatem à Sede Apostolica de suscipiendo Ordines, cum licentia sui Ordinarii hujusmodi facultatem subordinatam concedere.
- 15 Privilegium obtinens à Sede Apostolica ad recipiendos Ordines à quolibet Episcopo, non indiget novis litteris dimissorialibus, sed testimonialibus tantum proprii Ordinarii de vita, & moribus.
- 16 Capitulum Sede vacante potest concedere litteras testimoniales, licet concedere nequeat dimissorias.
- 17 Capitulum Sede vacante potest extero Episcopo concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum, non tamen subditorum vacantis Sedis.
- 18 Regulares Superiores suis monachis dimissorias concedunt.
- 19 Dimissorias cum antiquitus Episcopi dabant, non cum examinabant cui concedebant, at illum Ordinario examinandum dimittebant.

- 20 Episcopo hodie præcipitur, ne ordinandum dimittat, nisi examinatum, & approbatum.
- 21 Episcopus ex alia legitima causa, quam agritudinis, potest dimissorias litteras subditis concedere ad Ordines apud alienos Episcopos recipiendos.
- 22 Episcopus cui examinatus, & approbatus ordinandus dimittitur, potest illum iterum examinare.
- 23 Dimissoria semper valent, tum vivente, tum defuncto dante. Declaratur infra n. 39.
- 24 Dimissoria data à Capitulo Sede vacante per ingressum moderni Episcopi non expirant.
- 25 Episcopus novus potest per edictum omnes, & quascunque dimissorias a prædecessoribus, sive à Capitulo Sede vacante concessas revocare.
- 26 Pro dimissoriis ad Ordines recipiendos nihil recipi debet ab Episcopo, ejusque ministris.
- 27 Notarius pro singulis dimissoriis, seu testimonialibus litteris decimam partem unius aurei recipere tantum potest, nisi salarium sit ei constitutum, vel consuetudo adsit nihil accipiendi.
- 28 Notarius post confecta instrumenta, & tradita partibus, potest quod ab ordinatis sponte offerunt accipere.
- 29 Episcopus absens à sua diocesi potest suis subditis dimissorias concedere.
- 30 Absolvere à suspensione eos, qui nullius diocesis existentes sine litteris dimissoriis ordinati fuerunt, spectat ad Episcopum, ad quem ex Concil. Trid. pertinebit illis dimissorias concedere.
- 31 Dimissoria littera à quibus per Regulares obtinenda?
- 32 Novitius ante professionem an possit cum dimissoriis sui Prælati Regularis ordinari?
- 33 Cujus Episcopi, originisne, an domiciliis sit dimissorias novitiis concedere.
- 34 Utrum licentia ordinandi suffraganeo concessa expiret per mortem Episcopi concedentis contingentem post descriptionem ordinandorum in metricula: Et an hoc casu res dicatur adhuc integra.
- 35 Delegatio facta personæ prohibita Pontificalia exercere, & in tempus ac locum prohibitum, non sortitur effectum.
- 36 Jurisdicctio Episcopalis expirat morte Episcopi, & mandatum morte mandantis.
- 37 Sede vacante non licet ordines conferre subditis infra annum, ex dispositione Trident. sess. 7. de reformat. cap. 10.
- 38 Episcopus translatus non potest Pontificalia exercere in Episcopatu, à quo fuit translatus.
- 39 Littera dimissoria expedita, & subscripta manu Episcopi, ordinandis tradita, & directa Episcopo non impeditis Pontificalia exercere, semper valent, nec expirant morte concedentis.

DE materia hujus allegat. latè agunt Vega tom. 2. de Curis, cap. 14. §. 8. n. 31. Rebuff. resp. 2. Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 11. n. 1. & q. Regular. tom. 1. q. 18. art. 1. Henric. in sum. lib. 10. c. 10 c. 23. §. 3. q. 1. Petr. de Ledesma in sum. p. 1. de Sacram. Ordinis, cap. 8. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. quæst. 7. & part. 2. lib. 3. cap. 48. quæst. 5. vers. ceterum, Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Abbas, Flores de Mena var. lib. 3. quæst. 24. num. 4. & n. 32. Thom. Valasc. alleg. Juris tom. 1. alleg. 3. n. 6. Campanil. in diversorio Juris Canonici rub. 9. cap. 7. & 8. Piafec. in praxi nova Episcop. part. 1. cap. 1. num. 11. Molfes. in sum. Theologia moralis, tract. 2. c. 2. à n. 20. Marcel Vulpe in praxi judic. c. 7. num. 11. cum seqq. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 105.

Etiam si teneatur Episcopus per seipsum ordinare suos clericos, ut admonet Concil. Trid. sess. 23.